LA

STORIA ROMANA

DI

TITO LIVIO

COI SUPPLEMENTI

DEL

FREINSEMIO

TRADOTTA

DAL CAVALIERE

LUIGI MABIL

COL TESTO A FRONTE

VOLUME SETTIMO

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCVIII

A SUA ALTEZZA IMPERIALE

IL PRINCIPE

EUGENIO NAPOLEONE

DI FRANCIA

VICE-RE D'ITALIA

PRINCIPE DI VENEZIA

ARCICANCELLIERE DI STATO

DELL'IMPERO FRANCESE

ALTEZZA IMPERIALE

Ricca d'istruzioni e di esempi scorre per settecent'anni di grandezza e di virtù la romana istoria, che cominciai dalla lingua del Lazio a trasportar nella nostra sin d'allora, che

dalla vetta dell' Alpi la tonante voce del Grande ridestava gli assopiti italiani, e rammentando loro chi furono, li richiamava ad emulare se stessi.

E ben più m' allegro della mia intrapresa, ora che a rinforzare le antiche eroiche reminiscenze ci offrite, Altezza Imperiale, un esempio vivo e presente di ciò che possa in petto generoso fiamma d'onore, amor di gloria verace, per cui vi vediam tutto giorno immolar lietamente la bella età de' piaceri al piacer più sublime di renderci felici.

Metto pertanto sotto l' eccelsa Vostra protezione il coraggioso lavoro, che quasi presago avea dap-

prima lasciato uscire inauspicato, e senza presidio di Mecenate. Prevenuto e vinto dai vostri benefizj, altro non posso offrirvi, ALTEZZA IMPERIALE, che il tenue frutto degli onorati miei studj; un de' miei figli, che milita volontario nelle Vostre Guardie, vi ha già offerto il suo braccio, e consegrata la vita.

Ho l'alto onore di essere con profondo ossequio

Di VOSTRA ALTEZZA IMPERIALE

Umilissimo, divotissimo, e fedelissimo suddito
LUIGI MABIL

L' EDITORE

Si prosegue finalmente dopo lungo intervallo questa Edizione, che tanta grazia ottenne allorchè cominciò ad uscire alla pubblica luce, e che sarebbe già quasi al suo termine, se il Traduttore per superiore comando non avesse dovuto per molto tempo abbandonare il suo Livio per consecrarsi alle cure governative, indi recarsi ad umiliare gli omaggi de' fedeli Padovani ai piedi del Trono. Richiamato di nuovo alle predilette sue occupazioni con onorevole nomina in Professore di eloquenza nella Patavina Università fu pur allora costretto ad adempiere i primi doveri, a cui la sua carriera letteraria l' obbligava. Ora può egli senza interruzione affrettarsi

verso il termine del suo lavoro, a cui è accordato il favore di prodursi sotto i ben augurati felicissimi auspizj di Sua Altezza Imperiale il nostro Principe Vice-Re. Giustificato per tal modo da imperiose imprevisibili circostanze il ritardo di quest' Edizione fortunata pel numero degli associati, che la onorano, si assicura, che in avvenire di due in due mesi, o più presto ne uscirà un volume, finchè sia al suo termine ridotta.

Accuratezza, esattezza e diligenza somma nelle correzioni son queste le promesse dell' editore, che nel successo e nel compimento di quest' Opera, la più importante nella collana de' classici Istorici Latini, ha concentrato particolarmente lo scopo delle sue tipografiche intraprese.

STORIA ROMANA

DI

TITO LIVIO

LIBRO SETTIMO

TITI LIVII
PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA LIBRI.

EPITOME
LIBRI SEPTIMI.

Duo novi magistratus adjecti sunt, praetura et curulis aedilitas. Pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furii Camilli. cujus remedium et finis quum per novas religiones quaereretur, ludi scenici tunc primum facti sunt. Quum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter delectum acerbe actum, et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine; adolescens ipse, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coëgit eum in verba sua jurare, non perseveraturum se in accusatione. Quum telluris hiatu tota ad

STORIA
DI
TITO LIVIO
PADOVANO
DALLA FONDAZIONE DI ROMA.

EPITOME
DEL LIBRO SETTIMO.

Si aggiungono due nuovi magistrati, la pretura e l' edilità curule. La città travagliò di peste, calamità cui rese memorabile la morte di Furio Camillo. Cercandosi ad essa rimedio e fine col mezzo di nuovi atti di religione, si fecero allora per la prima volta i giuochi Scenici. Accusato Lucio Manlio dal tribuno della plebe Marco Pomponio per la leva duramente eseguita, e perchè avea relegato in villa Tito Manlio suo figliuolo senza colpa alcuna; il giovinetto stesso, della cui relegazione accagionavasi il padre, entrò nella stanza del tribuno, e col pugnale snudato lo costrinse a giurare che non persisterebbe nell' accusa. Spaventata la

città per l' ampia voragine spalancatasi, vi si gettò dentro quanto si avea di più prezioso; vi si precipitò pur anche Curzio, coll' armi indosso, montato a cavallo, e la voragine si colmò Il giovanetto Tito Manlio che avea scampato il padre dalla vessazion del tribuno, venne a singolar certame con un Gallo che avea sfidato qual che si fosse de' Romani; e uccisolo, strappogli la collana d' oro ch' egli usò in appresso, onde fu chiamato Torquato. Si oggiunsero due tribù, la Pomptina e la Publilia. Licinio Stolone è condannato per la stessa sua legge, perchè possedeva più di cinquecento giugeri di terra. Marco Valerio, tribuno de' soldati, uccise un Gallo da cui era stato provocato; e perchè un corvo s' era posato sopra il suo elmo inquietando coll' unghie e col rostro il nemico, acquistò il nome di Corvo, e in premio del valore, d' anni ventitre fu creato console per l' anno susseguente. Si strinse amicizia coi Cartaginesi. I Campani, incalzati in guerra dai Sanniti, chiesto ajuto al senato, nè potuto ottenerlo, donano e la città ed il contado al popolo Romano. Piacque perciò, che quello ch' era divenuto di ragione del popolo Romano,

ultimum territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae. in eam Curtius armatus, sedens equo, se praecipitavit, eaque expleta est. T. Manlius adolescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum, provocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit; quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus est nuncupatus. Duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentis jugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo, et unguibus rostroque hostem infestante, occidit, et ex eo Corvi nomen accepit; consulque proximo anno, quum annos viginti tres haberet, ob virtutem creatus est. Amicitia cum Karthaginiensibus juncta. Campani, quum urguerentur a Samnitibus bello, auxilio adversus eos a senatu petito, quum id non inpetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt ob quam caussam ea, quae populi Romani facta essent,

defendi bello adversus Samnites placuit. Quum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset, P. Decii Muris tribuni militum opera servatus est. qui, occupato colle super id jugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit: ipse ab hostibus circumsessus erupit. Quum milites Romani, qui Capuae in praesidio erant relicti, de ea occupanda urbe conspirassent, et, detecto consilio, metu supplicii a populo Romano defecissent; per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat. patriae restituti sunt. Res praeterea contra Hernicos, et Gallos, et Tiburtes, et Privernates, et Tarquinienses, et Samnites, et Volscos prospere gestas continet.

si avesse a difendere coll' armi contro i Sanniti. Trovandosi in grande rischio l' esercito, tratto dal console Aulo Cornelio in sito svantaggioso, viene salvato da Publio Decio Mure tribuno de' soldati, il quale, occupata una collina al disopra del poggio, dove s' eran posti i Sanniti, diede occasione al console di ritirarsi in luogo più sicuro; ed egli stesso, circondato da' nemici, potè scamparne. Avendo i soldati Romani, ch' eran rimasti a presidio di Capua, congiurato di occuparla, e svelato il disegno, essendosi, per tema della pena, ribellati al popolo Romano, Marco Valerio Corvo dittatore, richiamatili a senno colla sua saggezza, li restituisce alla patria. Contiene inoltre questo libro le felici imprese contro gli Ernici, i Galli, i Tiburtini, i Privernati, i Tarquiniesi, i Sanniti ed i Volsci.

TITO LIVIO

LIBRO SETTIMO

Anni D. R. 389 A. C. 363.

I. Sarà insigne quest' anno pel consolato di un uomo nuovo, insigne per due nuovi magistrati, la pretura e l' edilità curule. I patrizj si procacciarono questi onori, in luogo d' uno de' due posti consolari ceduto alla plebe. Essa diede il consolato a Lucio Sestio, per cui proposta l' aveva ottenuto; e i patrizj la pretura a Spurio Furio Camillo figlio di Marco; e col favore avuto nel campo Marzio, conquistarono l'edilità per Gneo Quincio Capitolino e Publio Cornelio Scipione, dell'ordin loro. De' patrizj si die' collega a Lucio Sestio, Lucio Emilio Mamercino. Sul principio dell'anno parlossi e dei Galli. che prima sbandati per la Puglia, or correa voce che si mettessero insieme, e della ribellione degli Ernici. Tirandosi studiatamente ogni cosa a lungo, acciocchè non avesse che fare il console plebeo, vi fu un silenzio, un ozio simile a' tempi delle ferie; se non che non tollerando tacitamente i tribuni che

TITI LIVII

LIBER SEPTIMUS.

I. Annus hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, praetura et curuli aedilitate. Hos sibi patricii quaesivere honores pro concesso plebi altero consulatu. Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit: Patres praeturam Sp. Furio M. filio Camillo; aedilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus L. Aemilius Mamercinus. Principio anni et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat, et de Hernicorum defectione agitata mentio. Quum de industria omnia, ne quid per plebejum consulem ageretur, proferrentur, silentium omnium rerum ac justitio simile otium fuit: nisi quod, non patientibus tacitum tribunis, quod pro

Anno U. C. 389 A. C. 363.

consule uno plebejo tres patricios magistratus, curulibus sellis praetextatos tamquam consules sedentes, nobilitas sibi sumsisset, praetorem quidem etiam jura reddentem, et collegam consulibus, atque iisdem auspiciis creatum, verecundia inde inposita est senatui ex Patribus jubendi aediles curules creari. primo, ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat: postea promiscuum fuit. Inde, L. Genucio et Q Servilio consulibus, et ab seditione et a bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta. Censorem, aedilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt, pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse. maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam acerba, M Furii fecit. Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna: princeps pace belloque prius, quam exsulatum iret; clarior in exsilio vel desiderio civitatis, quae capta absentis inploravit opem, vel felicitate, qua restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit. Par deinde per quinque et viginti annos (tot enim postea vixit)

Anno U. C. 390 A. C. 362.

per un console della plebe si avesse la nobiltà presi tre magistrati patrizj, sedenti colla pretesta indosso sulle sedie curuli a guisa de' consoli, e de' quali il pretore, collega de' consoli e creato cogli stessi auspizj, rendeva anche ragione, ebbe rossore il senato di decretare che gli edili curuli si traessero dal corpo de' patrizj; da prima erasi convenuto di farli della plebe un anno dei due; poi si fecero promiscuamente. Indi, sotto i consoli Lucio Genucio e Quinto Servilio, mentre tutto era quieto da sedizioni domestiche e da guerre, insorse gran pestilenza, acciocchè non si stesse mai senza timori e pericoli. Dicono morto un censore, un edile curule, tre tribuni della plebe, e proporzionatamente parecchi della moltitudine; ma soprattutto fu memorabile quella pestilenza per la morte quanto matura, altrettanto amara di Marco Furio. Fu uomo veramente unico in ogni fortuna; primo in pace ed in guerra innanzi che andasse in esilio; più illustre nell' esilio stesso, si pel bisogno ch' ebbe di lui la città, la quale presa da nemici implorò il suo soccorso, comunque assente, sì per la felicità, con cui restituito alla patria, restituì con seco la patria stessa. Indi a tanta gloria fu sem-

Anni D. R. 390 A. C. 362.

pre pari per lo spazio di venticinque anni, (che tanti ne visse dappoi) e riputato degno d' esser chiamato, dopo Romolo, il secondo fondatore di Roma.

Anni D. R. 391 A. C. 361.

II. Durò la pestilenza quest'anno ed il seguente, sotto il consolato di Cajo Sulpicio Petico e di Çajo Licinio Stolone; perciò non si fece cosa degna di memoria, se non che, per impetrar pace dagli Dei, v' ebbe un *lettisternio*, il terzo dopo la fondazione di Roma. Ma la violenza del malore non alleviandosi nè per umani consigli, nè per soccorso divino, vinti gli animi dalla superstizione, diconsi instituiti fra gli altri mezzi di placare l'ira celeste i Giuochi Scenici, cosa nuova in un popolo bellicoso, non essendovi stato fino a quel dì, che lo spettacolo del Circo. Fu per altro cosa picciola, come son quasi tutti i principj, e cosa pur anche forestiera. Senza alcuna poesia, senza cosa che la imitasse, de' ballerini chiamati dall' Etruria moveansi non senza garbo, danzando a suon di flauto all' uso toscano. Cominciò poi la gioventù ad imitarli, scagliandosi a un tempo istesso l'un contro l'altro de' frizzi in versi mal dirozzati; nè i movimenti discordavano dalla voce. La novità fu dunque accolta, e col sovente ripeterla prese corso; e perchè i Toscani

titulo tantae gloriae fuit, dignusque habitus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanae ferrent.

II. Et hoc et insequenti anno, C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone, consulibus, pestilentia fuit. eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis Deûm exposcendae caussa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit. et quum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo. (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia coelestis irae placamina instituti dicuntur. Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria adciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, coepere; nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. vernaculis artificibus, quia

Anno U. C. 391 A. C. 361.

hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant; sed inpletas modis saturas, descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Livius post aliquot annos, qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor) dicitur, quum saepius revocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus inpediebat. inde ad manum cantari histrionibus coeptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, et ludus in artem paullatim verterat; juventus, histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare coepit: quae inde exodia postea adpellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit ju-

chiamaron *istro* il ballerino, gli attori del paese furon chiamati *istrioni*; i quali non si lanciavano, come prima, alla ventura alternamente fra di loro de' versi incomposti e simili a' Fescennini, ma rappresentavauo delle satire ben modulate, con canto notato a suon di flauto, e con adatti movimenti. Livio che osò il primo, lasciate le satire, dare un argomento alla rappresentazione (componendo e recitando egli stesso, come facevan tutti a quel tempo, le sue composizioni) dicesi che dopo alcuni anni, poichè se gli era fiaccata la voce dal frequente ripetere, chiesta licenza di sostituire un garzoncello che cantasse al suono del flauto, abbia accompagnato il canto con gesti più vigorosi, perchè non impedito dal dover usare la voce. Indi si cominciò a cantare, accompagnando il gesto degl' istrioni; e non usaron questi la voce, fuor che nei dialoghi di più persone. Poichè questa regola introdotta nei drammi li ritrasse dal riso e dagli smodati atteggiamenti, e a poco a poco li ridusse ad arte, lasciatane agl' istrioni la rappresentazione, cominciò la gioventù fra di sè a lanciar sulle scene, all'uso antico, motti ridicoli tessuti in versi, che poi furon chiamati *esodj*, e sono innestati specialmente nelle farse Atellane, sorte questa di spettacolo, che avuta dagli Osci,

la gioventù ritenne per sè nè soffrì che fosse disonorata dagl' istrioni Resta percio fermo l' uso che gli attori delle Atellane non son rimossi dalla tribù, ed han dritto di portar l'armi, come non compresi nell' arte degl' istrioni. Tra gli altri piccioli principj m'è sembrato di mettervi anche la prima origine degli spettacoli teatrali, acciocchè si vedesse da quanto sano cominciamento la cosa sia venuta a questo grado d' insania, tollerabile appena da' regni più doviziosi.

III. Pur nemmeno l'istituzione de' nuovi Giuochi diretti a fine religioso liberò gli animi da cura superstiziosa, o i corpi da malore; che anzi essendo quegli stati interrotti nel mezzo della rappresentazione per aver il Tevere, a caso trabboccando, allagato il Circo, la cosa diede grande spavento, quasi che gli Dei ricusassero e disdegnassero che si cercasse la via di placarli. Quindi sotto Gneo Genucio e Lucio Emilio Mamercino consoli per la seconda volta, essendo gli animi travagliati più dalla ricerca de' mezzi atti a calmare l' ira celeste, che i corpi dal male, dicesi da memorie antiche ricordato che la pestilenza una volta fosse stata sedata col mezzo di un chiovo piantato dal dittatore Indotto dall'esempio di questa pratica religiosa il senato ordinò che si nominasse il dittatore

Anni D. R. 392 A. C. 360.

ventus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, et stipendia, tamquam expertes artis ludricae, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda visa est: ut adpareret, quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

III. Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit. quin etiam, quum medios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus inpedisset, id vero, velut aversis jam Diis adspernantibusque placamina irae, terrorem ingentem fecit. Itaque, Cn. Genucio, L. Aemilio Mamercino secundum consulibus, quum piaculorum magis conquisitio animos, quam corpora morbi, adficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. Ea religione adductus senatus dictatorem clavi figendi caussa dici jussit. dictus L. Manlius Imperiosus, L. Pi-

Anno U. C. 392 A. C. 360.

narium magistrum equitum dixit. Lex vetusta est, priscis literis verbisque scripta, ut, qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat. Fixa fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est. Eum clavum, quia rarae per ea tempora literae erant, notam numeri annorum fuisse ferunt: eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit. Volsiniis quoque clavos, indices numeri annorum, fixos in templo Nortiae, Etruscae Deae, comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius adfirmat. M. Horatius consul ex lege templum Jovis optimi maximi dedicavit anno post reges exactos: a consulibus postea ad dictatores, quia majus imperium erat, sollemne clavi figendi translatum est. Intermisso deinde more, digna etiam per se visa res, propter quam dictator crearetur. qua de caussa creatus L. Manlius, perinde ac reipublicae gerendae, ac non solvendae religione, gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans, delectu acerbo juventutem agitavit; tan-

per piantare il chiovo; e fu nominato Lucio Manlio Imperioso; egli scelse a maestro de' cavalieri Lucio Pinario. Ci ha legge vecchia scritta in lettere e parole antiche, per la quale tocca a colui che è pretore massimo, piantare il chiovo ai tredici di settembre, ed era affissa nel destro lato della cappella di Giove Ottimo Massimo dalla parte dov' è il tempio di Minerva. Dicono che essendo rara a que' tempi la cognizion delle lettere, quel chiovo servisse a segnare il numero degli anni; e che la legge era scritta in quel tempio di Minerva, perchè fu Minerva l'inventrice dei numeri. Che anche presso i Volsinj veggansi de' chiovi piantati nel tempio di Norzia, Dea toscana, per indicare il numero degli anni, lo afferma Cinzio, diligente indagatore di tali monumenti. Il console Marco Orazio avea piantato il chiovo nel dedicare il tempio di Giove Ottimo Massimo, l'anno dopo l'espulsione dei re; e questa cerimonia passò poi da' consoli a' dittatori, perchè rivestiti di maggiore autorità. Intermessa dappoi l'usanza, parve la cosa meritar anche da se, che si creasse il dittatore, perciò fu creato Lucio Manlio; ed egli, come se fosse stato eletto a governar la repubblica, non a scioglierla dal debito di un atto religioso, anelando a far guerra co-

gli Ernici, travagliò la gioventù coll' acerbità della leva; e finalmente levatisi contro lui tutti i tribuni della plebe, vinto da forza o da pudore depose la dittatura.

Anni D. R. 393 A. C. 359.

IV. Nondimeno sul principio dell' anno seguente, essendo consoli Quinto Servilio Aala e Lucio Genucio, Marco Pomponio tribuno della plebe accusa Manlio Era venuta in odio l' acerbità usata nella leva, non solo con danno de' cittadini, ma con malconcio delle persone, avendo egli straziati colle verghe parte di quelli che non avean dato il lor nome, e parte messi in prigione; ed era odiosa sopra tutto quell' indole atroce, ed increscevole a città libera quel cognome d' Imperioso, acquistato col far pompa di crudeltà ch' egli usava non che contro gli strani, contro i prossimi e contro il proprio sangue; e fra l' altre cose il tribuno gl' imputava *di aver cacciato un suo giovane figliuolo, non convinto di alcuna colpa, lungi dalla città, dalla casa, dai penati, dal foro, dalla pubblica luce, vietandogli il conversar cogli eguali, e condannandolo ad opere servili, quasi a carcere ed ergastolo, dove il garzone di schiatta nobile, figlio di dittatore, imparasse dagli stenti giornalieri d' esser nato di padre imperioso. E per qual*

demque, omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus, dictatura abiit.

IV. Neque eo minus principio insequentis anni, Q. Servilio Ahala, L. Genucio consulibus, dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis. Acerbitas in delectu, non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata, partim virgis caesis, qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, invisa erat: et ante omnia invisum ipsum ingenium atrox, cognomenque Imperiosi grave liberae civitati, ab ostentatione saevitiae adscitum; quam non magis in alienis, quam in proximis, ac sanguine ipse suo exerceret. criminique ei tribunus inter cetera dabat, *quod filium juvenem, nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu aequalium prohibitum, in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum, dederit: ubi summo loco natus dictatorius juvenis quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam? quia in-*

Anno U. C. 393 A. C. 359.

facundior sit, et lingua inpromtus. Quod naturae damnum utrum nutriendum patri, (si quidquam in eo humani esset) an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse? ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. At, Hercule, L. Manlium, malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere; et, si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit, id exstinguere vita agresti et rustico cultu, inter pecudes habendo.

V. Omnium potius his criminationibus, quam ipsius juvenis, irritatus est animus: quin contra, se quoque parenti caussam invidiae atque criminum esse, aegre passus, (ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem latam, quam inimicis ejus, malle) capit consilium, rudis quidem atque agrestis animi, et quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile. Inscientibus cunctis, cultro subcinctus, mane in urbem, atque a porta domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit: janitori, *opus esse sibi*

colpa? perch' era poco esperto dicitore e mal pronto di lingua. Questo difetto di natura non avrebbe dovuto il padre (se avesse in cuore punto d' umanità) piuttosto piacevolmente curarlo, che punirlo, e renderlo colla stessa vessazione più cospicuo? Per sin le bestie, se c' è qualche sconcio nella lor figliuolanza, non perciò la nodriscono o l' accarezzan meno. Ma Lucio Manlio all' incontro col male accresce il male del figlio, e più ne aggrava la tardità dell' ingegno; e se v' ha in lui scintilla di vigor nativo, la spegne colla vita campestre, col rusticano costume, relegandolo fra gli armenti.

V. Eran più irritati tutti gli altri da questi mali trattamenti, che il giovane medesimo; anzi soffrendo egli con pena, ch' esso pure fosse cagione al padre di gravi odiose imputazioni, per far sapere agli Dei ed agli uomini ch' egli amava piuttosto salvo il padre, che trionfanti i suoi nemici, prende un partito, bensì da uomo rozzo ed agreste, e benchè di mal esempio in regolata città, pur lodevole per tenerezza filiale. Senza far parola con altri, con un coltello sotto, si avvia di buon mattino alla città, e dalla porta dirittamente alla casa di Marco Pomponio

tribuno; dice all' usciere che *gli occorre di abboccarsi tosto col padrone*; *lo avvisi, che v' era Tito Manlio figlio di Lucio.* Tosto introdotto, (perchè Pomponio sperava che il giovane irritato contro il padre, o recasse qualche nuovo capo di accusa, o qualche pensiero da far riuscire la cosa) dato e restituito il saluto, gli dice *aver di che conferire con lui segretamente.* Fatto allontanare ciascuno, Manlio impugna il coltello, e stando sopra il letto col ferro vibrato, minaccia il tribuno di trapassarlo da parte a parte, se non giura colle sue stesse parole di *non mai più convocare la plebe per accusare suo padre.* Spaventato il tribuno (che vede balenargli il ferro sugli occhi, lui esser solo e disarmato, il giovane robusto, e ciò ch' era più da temersi, nelle sue forze stolidamente feroce) giura come gli viene imposto, ed ebbe a dir sempre in appresso, che domo da quella violenza s' era ritratto dall' impresa Nè spiacque tanto alla plebe, che il figlio avesse osato quel colpo a salvezza del padre, quanto ella avrebbe amato di dare il voto contro un reo sì disumano e superbo; ed il fatto era tanto più lodevole, quanto che la durezza paterna non gli avea punto scemato in

domino ejus convento extemplo, aït. *nunciaret, T. Manlium L. filium esse.* Mox introductus, (etenim percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid novi, aut consilii ad rem agendam, deferre) salute accepta redditaque, *esse* aït, *quae cum eo agere arbitris remotis velit.* Procul inde omnibus abire jussis, cultrum stringit: et, super lectum stans ferro intento, nisi, in quae ipse concepisset verba, juraret, *se patris ejus accusandi caussa concilium plebis numquam habiturum*, se eum extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum, inermem; illum praevalidum juvenem, et, quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus suis cerneret) adjurat, in quae adactus est verba; et prae se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse. Nec perinde, ut maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri; ita aegre habuit, filium id pro parente ausum. eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil

a pietate avertisset. Itaque non patri modo remissa caussae dictio est, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. et quum eo anno primum placuisset, tribunos militum ad legiones suffragio fieri, (nam et antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipsi faciebant) secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis; ut qui rure et procul coetu hominum juventam egisset.

VI. Eodem anno, seu motu terrae, seu qua vi alia, forum medium ferme specu vasto conlapsum in inmensam altitudinem dicitur: neque eam voraginem conjectu terrae, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse prius, quam Deûm monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus Romanus posset? Id enim illi loco dicandum, vates canebant, si rempublicam Romanam perpetuam esse vellent. Tum M. Curtium, juvenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quam arma virtusque, esset. Silentio facto, templa Deorum inmortalium, quae foro inminent,

cuore l'amor di figliuolo. Onde non solamente fu rimessa al padre l'accusa, ma n'ebbe onore il giovanetto. Ed essendosi preso in quell' anno, che i tribuni militari presso le legioni si facessero coi voti, (perciocchè innanzi, come ora quelli che si chiaman *Rufuli* , i comandanti stessi gli eleggevano) ebbe egli il secondo posto ne' sei, senza che avesse alcun merito civile o militare, come quello che avea passata la giovinezza in villa, e lungi dal consorzio degli uomini.

VI. In quell' anno stesso o per terremoto, o per altra cagion violenta qualunque, dicesi che il mezzo della piazza si spaccò quasi in vasta spelonca a grandissima profondità, e che non si potè colmare quella voragine per quanta terra vi si gettasse dentro, pur adoprandosi ciascuno a portarvene, se per avviso celeste non si ebbe prima cercato in che veramente consistesse la potenza del popolo Romano? Perciocchè questo era appunto, dicevano gl' indovini, ciò che si dovea consecrare in quel luogo, se volevano che Roma fosse eterna. Allora dicesi che Marco Curzio, giovane distinto in guerra, riprendesse coloro che dubitavano, se avessero altro bene più prezioso i Romani, che l'armi ed il valore; e che fatto silenzio,

guardando fiso i tempj degli Dei immortali sovrastanti alla piazza e il Campidoglio, e le mani sporgendo ora al cielo, ora agli Dei infernali verso quell'ampia bocca spalancata, se stesso lor dedicasse; poscia montato sopra un cavallo, quanto più avea potuto magnificamente guernito, si lanciasse armato in quella voragine; e che a folla uomini e donne gli lanciassero addosso e doni e biade; e che quel lago si chiamasse Curzio, non da quell' antico Curzio Metto, soldato di Tito Tazio, ma da questo. Non mancherei di diligenza, se alcuna via guidasse al vero; or bisogna stare alla fama, dove l'antichità toglie la certezza della prova; ed è più insigne il nome del lago da questa storia più fresca. Espiato in tal modo un così grande prodigio, il senato in quell' anno stesso consultato sul proposito degli Ernici, dopo aver senza effetto spediti i feciali a chieder le cose tolte, deliberò che quanto prima si proponesse al popolo d'intimare agli Ernici la guerra; e il popolo in frequente adunanza la decretò. Toccò per via di sorte quell'impresa a Lucio Genucio console. Era in aspettazione la città, perchè quegli era il primo console della plebe che farebbe la guerra coi proprj auspizj; quindi, secondo che la cosa riuscisse, si vedrebbe s'era stato buono o cattivo

Capitoliumque intuentem, et manus nunc in coelum, nunc in patentes terrae hiatus ad Deos manes porrigentem, se devovisse: equo deinde, quam poterat, maxime exornato insidentem, armatum se in specum inmisisse, donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas; lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metto, sed ab hoc adpellatum. Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret: nunc fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem. et lacus nomen ab hac recentiore insignitius fabula est. Post tanti prodigii procurationem, eodem anno de Hernicis consultus senatus, quum feciales ad res repetendas nequidquam misisset, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis censuit; populusque id bellum frequens jussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. In exspectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset; perinde ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut secus con-

sulto habitura. Forte ita tulit casus, ut Genucius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias praecipitaret; legionibus nec opinato pavore fusis, consul circumventus ab insciis, quem interfecissent, occideretur. Quod ubi est Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate moesti Patres, quantum feroces infelici consulis plebeji ductu, fremunt omnibus locis: *Irent, crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quo nefas esset. Potuisse Patres plebiscito pelli honoribus suis: num etiam in Deos inmortales inauspicatam legem valuisse? Vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia. quae ut primum contacta sint ab eo, a quo nec jus nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur.* His vocibus curia et forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, delectusque et justitium indictum.

consiglio aver accomunati gli onori. Portò il caso che Genucio, andato con grandi forze contro il nemico, cadesse negli agguati, e che sbaragliate da improvviso terrore le legioni, il console avviluppato fosse ucciso da gente, che ignorava chi avesse ucciso. Il che appena fu recato a Roma, i Padri non tanto mesti per la pubblica calamità, quanto fieramente imbaldanziti per l'infelice condotta del console plebeo, menan romore da per tutto, dicendo: *vadano, facciano de' consoli della plebe, trasferiscano gli auspizj dove non è lecito. Han potuto i Padri esser balzati dai loro onori per legge fatta dalla plebe; ma potea valer questa legge inauspicata anche contro gli Dei immortali? Han essi vendicata la loro divinità, gli auspizj loro; i quali appena furon tocchi da chi non vi aveva nè diritto, nè ragione, l'esercito disfatto insieme col suo comandante servì di documento che non si tenessero i comizj in avvenire turbando i dritti delle famiglie.* Suona di queste voci la curia e la piazza. Il console Servilio, di consentimento de' patrizj, nomina dittatore Appio Claudio, il quale, perchè s'era opposto a quella legge, ora inveiva con maggiore autorità contro l'esito di un parere ch' egli avea combattuto; e s' intimò la leva e la sospension degli affari.

VII. Prima che il dittatore e le nuove legioni entrassero nel paese degli Ernici, colta l'occasione, vi ebbe sotto la condotta del legato Cajo Sulpizio un fatto d'armi vantaggioso. Attesa la morte del console, appressatisi gli Ernici spregiantemente al campo Romano colla non dubbia speranza di espugnarlo, i soldati incoraggiati dal legato, e pieni d'ira e d'indignazione balzano fuori. Molto però mancava agli Ernici, onde sperare di superar lo steccato; con tal disordine si ritirarono. Indi colla venuta del dittatore si unisce il nuovo esercito al vecchio, e si raddoppian le forze; egli lodando dall'arringo il legato ed i soldati, il cui valore avea difesi gli accampamenti, accresce l'animo a quelli che udivansi meritamente lodare, ed insieme sprona gli altri ad emularne la virtù. Nè i nemici apparecchiansi meno lestamente alla guerra; e ricordevoli della gloria poc'anzi riportata, e non ignari dell'aumento delle forze nemiche, accrescon pur essi le proprie. Levasi in arme tutta la nazione degli Ernici, tutta l'età militare, iscrivonsi otto coorti di quattrocento soldati, nerbo scelto di gente. Questo egregio fiore di gioventù l'empierono di speranza e di coraggio,

VII. Priusquam dictator legionesque novae in Hernicos venirent, ductu C. Sulpicii legati res per occasionem gesta egregie est. In Hernicos, morte consulis contemtim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato, et plenis irae atque indignitatis militum animis, eruptio est facta. Multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit; adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus jungitur, et copiae duplicantur: et pro concione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas, tollit animos; simul ceteros ad aemulandas virtutes acuit. Neque segnius ad hostes bellum adparatur, qui, et parti ante decoris memores, neque ignari auctarum virium hostis, suas quoque vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur. quadringenariae octo cohortes, lecta robora virorum, scribuntur. Hunc eximium florem juventutis eo etiam, quod, ut duplex acciperent stipendium, decreverant, spei animo-

rumque inplevere. Inmunes quoque operum militarium erant, ut, in unum pugnae laborem reservati. plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum scirent. Extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior virtus esset. Duûm millium planicies castra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est. Primo stetit ambigua spe pugna; nequidquam saepe conatis equitibus Romanis inpetu turbare hostium aciem. Postquam equestris pugna effectu, quam conatibus, vanior erat; consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis. clamore ingenti provolant ante signa, et novam integrant pugnam. neque sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent.

VIII. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex, quam pro numero, damnum est: vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit. multi

anche coll'aver decretato che ricevessero doppia paga. Eran pure immuni dai lavori militari, acciocchè riservati solamente alla fatica del combattere, sapessero che avean da fare uno sforzo più che comune. Gli aveano anche allogati a parte, fuor d'ordinanza, onde più spiccasse il lor valore. Una pianura di due miglia separava il campo Romano da quello degli Ernici; quivi, a un dipresso nel giusto mezzo, fu data la battaglia. Da principio stette pendente l'esito della pugna, provatasi più volte in vano la cavalleria Romana di metter coll'impeto i nemici in disordine. Poichè la pugna equestre produceva più di sforzo che di effetto, i cavalieri, avuto prima il parere, poi la licenza del dittatore, lasciati i cavalli, volano con grandi grida innanzi alle insegne e rinovano la battaglia; nè si poteva più sostenerli, se straordinarie coorti d'Ernici non si fossero opposte con pari forza d'animo e di corpo.

VIII. Allora viensi alle mani tra i principali campioni de' due popoli; tutto ciò che miete d'una parte e d'altra la comun sorte della guerra, è più gran danno, che la perdita del numero; l'altro volgare stuolo di armati, quasi avesse delegato il combattere a' più distinti, ripone nell'altrui valore il suo

destino; molti cadono d'ambe le parti, moltissimi sono feriti. Finalmente i cavalieri, l'un l'altro rampognandosi, domandavano *che altro restasse a fare, se nè da cavallo avean respinto i nemici, nè meglio profittano a piedi? Qual si aspettano terzo cimento? A che scender di sella balzando ferocemente innanzi alle insegne, e combattere nel posto d'altri?* Così aizzandosi fra di loro con queste voci, rinovato il grido, cacciansi innanzi; e da prima smossero di luogo il nemico, indi lo respinsero; finalmente lo rovescian del tutto; e non è facile a dirsi qual cosa sbilanciasse forze cotanto pari, se non che la fortuna sempre eguale dell'un popolo e dell'altro potè a questi accrescere, scemar a quelli il coraggio. Il Romano insegue i fuggitivi Ernici insino al campo; ma si astenne dall'assaltarlo per l'ora tarda; il non aver potuto per lunga pezza ottener dalle vittime buoni augurj, aveva impedito al dittatore di dare il segnale della battaglia prima del mezzodì; per questo s'era prolungata sino a notte. Il dì seguente gli Ernici lasciano a precipizio il campo; vi si trovarono alcuni feriti abbandonati; e lo stuolo di chi fuggiva dalle insegne, avendo scorte oltre alla lor terra alcune poche bandiere,

utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes, *quid deinde restaret*, quaerendo, *si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quidquam momenti facerent? quam tertiam exspectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent, et alieno pugnarent loco?* His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem: et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt; postremo jam haud dubie avertunt: neque, tam vires pares quae superaverit res, facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi et extollere animos, et minuere potuit. Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum obpugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen Postero die deserta fuga castra Hernicorum, et saucii relicti quidam inventi; agmenque fugientium ab signis, quum praeter moenia eorum infrequentia conspecta signa essent,

fusum, ac per agros trepida fuga palatum est. Nec Romanis incruenta victoria fuit. quarta pars militum amissa; et, ubi haud minus jacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.

Anno U. C. 394 A. C. 358.

IX. Insequenti anno, quum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. Ea ultima fuit caussa, quum multae antea querimoniae ultro citroque jactatae essent, cur, per feciales rebus repetitis, bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse, satis constat, et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum caussa, et ab Licinio consule dictum scribit, quia, collega comitia bello praeferre festinante, ut continuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. Quaesita ea propriae familiae laus leviorem auctorem Licinium facit. quum mentionem ejus rei in

si sparse, e per paura si sbandò nella campagna. Nè la vittoria de' Romani fu senza sangue; si perdette la quarta parte de' soldati; e quel che non fu danno minore, vi perirono alcuni cavalieri Romani.

IX. L'anno seguente, avendo i consoli Cajo Sulpizio e Cajo Licinio Calvo menato l'esercito nel paese degli Ernici, e non trovati i nemici in campagna, presa loro la città di Ferentino, al tornare di là, i Tiburtini chiudon loro in faccia le porte. Questa si fu l'ultima cagione, per cui, essendo di già corse innanzi molte doglianze da una parte e dall'altra, e state ridomandate col mezzo de' feciali le cose tolte, s'intimò la guerra ai Tiburtini. È cosa certa che in quell'anno fu dittatore Tito Quincio Penno, e maestro de' cavalieri Servio Cornelio Maluginese. Scrisse Marco Licinio che si nominò il dittatore per fare i comizj, e che fu nominato dal console Licinio, perchè, affrettandosi il suo collega di far precedere i comizj alla guerra, onde continuare nel consolato, bisognava opporsi a quel malvagio disegno. L'avere in ciò Licinio cercata lode alla sua famiglia, scema alquanto la credenza al suo detto. Non trovando di ciò

Anni D. R. 394 A. C. 358.

fatta menzione alcuna negli annali più vecchi, inclino a credere piuttosto, che il dittatore sia stato creato a motivo della guerra Gallica; certo i Galli in quell'anno vennero per la via Salaria ad accamparsi a tre miglia da Roma, di là dal ponte dell'Aniene. Il dittatore, intimate le ferie, atteso quel guerresco tumulto, diede il giuramento a tutti i giovani; e uscito di città con grande esercito pose il campo sulla riva di qua dell'Aniene. V'era il ponte di mezzo; nessuna parte lo rompeva per non dar segno di paura; eran frequenti le scaramuccie per occuparlo; ma non conoscendosi le forze rispettive, non si potea giudicare chi se ne sarebbe impadronito. Allora si fe' innanzi sul vacuo ponte un Gallo di singolare grandezza di corpo, e con quanta maggior voce potè: *su via, disse, or esca a combattere colui che Roma stima il più valente fra suoi, acciocchè il caso di noi due faccia palese qual sia la nazione più prode in guerra.*

X. Stettersi lunga pezza in silenzio i principali giovani Romani, e vergognandosi di rifiutare il combattimento, e non volendosi esporre alla prima prova del rischio. Allora Tito Manlio, figlio di Lucio, quegli che avea scampato il padre dalla vessazion

vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis, ut belli Gallici caussa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere. Dictator, quum tumultus Gallici caussa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. Proelia de occupando ponte crebra erant; nec, qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit; et, quantum maxima voce potuit, *Quem nunc*, inquit, *Roma virum fortissimum habet, procedat, agedum, ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior.*

X. Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, quum et abnuere certamen vererentur, et praecipuam sortem periculi petere nollent. tum T. Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vin-

dicaverat, ex statione ad dictatorem pergit: *Injussu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeja dejecit.* Tum dictator, *Macte virtute*, inquit, *ac pietate in patrem, patriamque, T. Manli, esto. Perge, et nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, praesta.* Armant inde juvenem aequales. pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum, et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est) linguam etiam ab inrisu exserentem, producunt. Recipiunt inde se ad stationem: et duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur, nequaquam visu ac specie aestimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veste pictisque et auro caelatis refulgens armis: media in altero

XIX. Duo bella eo anno prospere gesta. cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta: ceteraque oppida eamdem fortunam habuissent, ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset. Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienses acerbe saevitum; multis mortalibus in acie caesis. ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes virgis caesi ac securi percussi. id pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hostibus redditum. Res bello bene gestae, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab senatu responsum: foedere in societatem accepti. Non eadem domi, quae militiae,

fortuna erat plebi Romanae. nam etsi, unciario foenore facto, levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. eo nec patricios ambo consules, neque comitiorum curam, publicave studia prae privatis incommodis plebs ad animum admittebat. Consulatus uterque apud patricios manet. Consules creati C. Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etruscum intentam civitatem, quia Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Volscos convertere, nunciantes, exercitum conscriptum armatumque jam suis finibus imminere: inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. Censuit igitur senatus, neutram neglegendam rem esse: utroque legiones scribi, consulesque sortiri provincias jussit. Inclinavit deinde pars major curae in Etruscum bellum; postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est, depopulatum agrum circa Romanas salinas, praedaeque partem in Caeritum fines

Anno U. R. 402 A. C. 350.

sebbene, ridotto l'interesse all'uno per cento, fosse alleggerita l'usura, pure i poveri erano schiacciati dal capitale, e cadevano nell'unghie de'creditori; per questo la plebe non si curava nè de' consoli, se fossero patrizj ambedue, nè dell'esito de' comizj, e anteponeva alle pubbliche cure i suoi privati travagli. Resta dunque il consolato in man de' patrizj; son creati consoli Cajo Sulpizio Petico per la quarta volta, e Marco Valerio Publicola per la seconda. Correndo voce che il popolo de' Ceriti, tocco di compassione per l'attenenza di sangue, si fosse unito a' Tarquiniesi, perciò la città stava intenta alla guerra Toscana: se non che gli ambasciatori Latini la rivolsero contro i Volsci, annunziando che questi con esercito già levato ed agguerrito sovrastavano a' lor confini, e che di là sarien corsi a devastare il territorio Romano. Deliberò pertanto il senato, che non fosse da trascurarsi nè quella cosa, nè questa; ordinò la leva di legioni per l'uno e l'altro luogo, e che i consoli si spartissero a sorte il comando. In appresso, la più gran parte dell'attenzione si volse alla guerra Toscana, poichè si seppe dalle lettere del console Sulpizio, a cui eran toccati i Tarquiniesi, che il contado Romano era stato saccheggiato ne' contorni delle Saline; che parte del

Anni D. R. 402 A. C. 350

bottino era stata portata addentro nel paese de' Ceriti, e che la gioventù di quel popolo s'era veduta, senza aversene a dubitare, nel numero de' predatori. Quindi, richiamato il console Valerio, che messo a far fronte a Volsci s'era accampato sul confine Toscolano, il senato gli commise di nominare il dittatore. Nominò egli Tito Manlio figlio di Lucio; e questi, eletto maestro de' cavalieri Aulo Cornelio Cosso, contento del solo esercito consolare intimò guerra a' Ceriti coll' approvazione de' Padri e per volere del popolo.

XX. Allora per la prima volta i Ceriti ebber davvero paura della guerra, come se per dichiararla più di forza avessero le parole del nemico, che non il fatto di loro stessi, i quali co' saccheggi avean provocato i Romani; e ben si accorgevano che quella non era lotta per le lor forze. Pentivansi del guasto fatto, e maledivano i Tarquiniesi che gli aveano spinti a ribellarsi; nessuno pensava a provveder armi o altro per la guerra, ma ciascuno da per se consigliava che si mandassero ambasciatori a chieder perdono dell' errore. I legati introdotti in senato, e dal senato rimandati al popolo pregarono gli Dei, le cui sacre immagini e cerimonie avean essi nella guerra Gallica ricovrate e debitamente venerate,

avectam, et haud dubie juventutem ejus populi inter praedatores fuisse. Itaque Valerium consulem, Volscis obpositum, castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere jussit. T. Manlium L. filium dixit. Is, quum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exercitu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi jussu Caeritibus bellum indixit.

XX. Tum primum Caerites, tamquam in verbis hostium vis major ad bellum significandum, quam in suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset, verus belli terror invasit: et, quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant. Poenitebatque populationis, et Tarquinienses exsecrabantur defectionis auctores. nec arma, aut bellum quisquam adparare, sed pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam. Legati senatum quum adissent, ab senatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent, ut Romanos

florentes ea sui misericordia caperet, quae se rebus adfectis quondam populi Romani cepisset; conversique ad delubra Vestae, hospitium flaminum Vestaliumque ab se caste ac religiose cultum invocabant. *Eane meritos, crederet quisquam, hostes repente sine caussa factos? aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis, quam furore lapsos, fecisse, ut sua vetera beneficia, locata praesertim apud tam gratos, novis conrumperent maleficiis? florentemque populum Romanum ac felicissimam bello sibi desumerent hostem, cujus adflicti amicitiam cepissent? ne adpellarent consilium, quae vis ac necessitas adpellanda esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, quum praeter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium, populationis ejus, quae sibi crimini detur, comites. Eos, seu dedi placeat, dedere se paratos esse; seu supplicio adfici, daturos poenas. Caere, sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque crimine belli, hospitio Vestalium*

a far sì che i Romani in florido stato tal avessero misericordia di loro, qual essi altra volta l'ebbero del popolo Romano nelle sue calamità; e voltisi al tempio di Vesta la invocavano, attestando il casto e religioso ospizio che avean già dato a' suoi sacerdoti ed alle pie Vestali. *Era da credersi*, diceano, *che dopo tante benemerenze fosser di subito, senza motivo, divenuti nemici? ovvero che se pur han fatto qualche tratto ostile, fatto l' abbiano avvisatamente, e non caduti in una specie di frenesia, per guastare con un recente misfatto gli antichi lor benefizj, specialmente allogati in cuori tanto riconoscenti? che siensi inimicati col popolo Romano, or ch' è possente e felicissimo in guerra, di cui, quando fu in trista fortuna, vollero conquistarsi l' amicizia? Non chiamino disegno premeditato ciò che si de' chiamare violenza, necessità. I Tarquiniesi traversando armati il lor paese, non altro avendo chiesto che il passo, avean tratti alcuni del contado a farsi loro compagni nel saccheggiamento, che ora s' imputa ai Ceriti. Se piace di aver coloro nelle mani, si daranno; se piace che si puniscano, si puniranno. Ma Cere, sacrario del popolo Romano, rifugio de' sacerdoti, ricettacolo*

delle loro cose sante, puro ed incolpabile della guerra, lo donino all' ospizio dato alle Vestali, al culto prestato agli Dei. Non tanto questo discorso, quanto il merito passato mosse il popolo a scordar più presto l' ingiuria, che il benefizio. Fu data dunque la pace a' Ceriti, e si registrò negli atti del senato la tregua fatta per cent' anni. L' impeto della guerra fu tutto volto contro i Falisci, rei dello stesso delitto; ma non s' incontrò il nemico in alcun luogo. Scorso saccheggiando il contado, le città non furon tocche; e ritornate le legioni a Roma, si consumò il restante dell' anno a rifar le mura e le torri, e si dedicò il tempio di Apollo.

XXI. Sul finir dell' anno la contesa insorta fra i Padri e la plebe fe' tramontare i comizj consolari, non volendo i tribuni permettere che si tenessero altrimenti che a norma della legge Licinia, ed ostinandosi il dittatore a lor via piuttosto affatto dalla repubblica il consolato, che a vederlo accomunato a' padri ed alla plebe. A forza dunque di prolungare i comizj uscito il dittatore di magistrato, si ricadde nell' interregno. Avendo gl' interrè trovata istizzita la plebe contro i Padri, duraron le sedizioni e le contese fino all' undecimo

cultisque Diis darent. Movit populum non tam caussa praesens, quam vetus meritum, ut maleficii, quam beneficii, potius inmemores essent. Itaque pax populo Caeriti data, induciasque in centum annos factas in senatusconsultum referri placuit. In Faliscos, eodem noxios crimine, vis belli conversa est: sed hostes nusquam inventi. Quum populatione peragrati fines essent, ab obpugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumtum, et aedes Apollinis dedicata est.

XXI. Extremo anno comitia consularia certamen Patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur; dictatore obstinato tollere potius totum e republica consulatum, quam promiscuum Patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitiis quum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. Infestam inde Patribus plebem interreges quum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum est. Legis

Liciniae patrocinium tribuni jactabant. Propior dolor plebi foenoris ingravescentis erat: curaeque privatae in certaminibus publicis erumpebant. Quorum taedio Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae caussa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere. P. Valerio Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutulus. Inclinatis semel in concordiam animis, novi consules, foenebrem quoque rem, quae distinere unanimos videbatur, levare adgressi, solutionem alieni aeris in publicam curam verterunt; quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniae adpellarunt. Meriti aequitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, et Ti. Aemilius: qui rem, difficillimam tractatu, et plerumque parti utrique, semper certe alteri, gravem, quum alia moderatione, tum inpendio magis publico, quam jactura, sustinuerunt. tarda enim nomina, et inpeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aut aerarium,

Anno U. R. 403 A. C. 349.

interrè. I tribuni si facean forti colla legge Licinia. La plebe più che d'altro si affannava dell'usura sempre crescente, e in mezzo alle pubbliche contese scoppiava il privato scontentamento. Di che tediatisi i Padri, commisero a Lucio Cornelio Scipione interrè di conformarsi ne' comizj consolari, per amor della concordia, alla legge Licinia. A Publio Valerio Publicola fu dato per collega Cajo Marcio Rutulo, della plebe. Inclinando finalmente gli animi alla concordia, i nuovi consoli, accintisi anche ad alleviare l'usura, che sola pareva ritardare l'unione, fecero pubblico affare il pagamento dei debiti, creando cinque persone, che si chiamaron mensarj dall'esser essi i dispensieri del denaro. Meritaron con l'equità e diligenza loro, che i loro nomi fossero celebrati in tutti gli annali; furon Cajo Duillio, Publio Decio Mure, Marco Papirio, Quinto Publilio, e Tito Emilio. Una cosa difficilissima da trattarsi, grave per lo più ad ambe le parti, certo sempre ad una delle due, essi la condussero con destrezza, e se non senza spesa, certamente senza pubblico danno. Perciocchè le partite più vecchie e più imbrogliate, anzi per inerzia de' debitori, che per mancanza di mezzi, o le pagò l'erario, contando il

Anni D. R. 403
A. C. 349.

denaro sulla piazza istessa, perchè si desse idonea cauzione, o furono estinte con beni rilevati a giusta stima; a modo che si spense una gran somma di debiti, non solo senza ingiustizia, ma senza lagno d'alcuna delle parti. Indi un mal fondato timor di guerra sulla fama corsa che si fossero i dodici popoli dell Etruria collegati insieme, fece nominare il dittatore; e fu nominato nel campo (perciocchè era stato colà spedito a' consoli il decreto del senato) Cajo Giulio, a cui fu aggiunto maestro de' cavalieri Lucio Emilio. Per altro tutto fu quieto al di fuori.

Anni D. R. 404 A. C. 348.

XXII. Il tentativo fatto a Roma dal dittatore, perchè si creassero ambedue i consoli patrizj, condusse all'interregno. Mitigatasi la plebe pel benefizio del debito alleviato, Cajo Sulpizio e Marco Fabio, interrè l'uno dopo l'altro, ottennero quel che avea tentato in vano il dittatore; e furon creati consoli, ambedue patrizj, lo stesso Cajo Sulpizio Petico, il quale era uscito prima dall'interregno, e Tito Quinzio Penno; alcuni aggiungono a Quinzio il soprannome di Cesone, altri di Cajo. Partitisi l'uno e l'altro a far guerra, Quinzio coi Falisci, Sulpizio co' Tarquiniesi, non uscito mai a battaglia il nemico, piuttosto che

mensis cum aere in foro positis, dissolvit, ut populo prius caveretur; aut aestimatio aequis rerum pretiis liberavit: ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis partis utriusque, exhausta vis ingens aeris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, quum conjurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit. dictus in castris (eo enim ad consules missum senatusconsultum est) C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Aemilius. Ceterum foris tranquilla omnia fuere.

XXII. Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuere, quod dictator frustra tetenderat, mitiore jam plebe ob recens meritum levati aeris alieni, ut ambo patricii consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abiit, et T. Quinctius Pennus. quidam Kaesonem, alii Cajum nomen Quinctio adjiciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quinctius, Sulpicius Tarquiniense, nusquam acie congresso hoste, cum agris magis, quam

Anno U. C. 404 A. C. 348.

cum hominibus, urendo populandoque gesserunt bella: cujus lentae velut tabis senio victa utriusque pertinacia populi est, ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent. in quadraginta annos inpetraverunt. Ita, posita duorum bellorum, quae inminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio aeris alieni multarum rerum mutaverat dominos, censum agi placuit. ceterum quum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit. quod videbatur quidem tempore alieno fecisse; quia ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem ejus se habituros negabant. Sed et ipse constantia inceptum obtinuit, et tribuni, omni vi recuperando jus consularibus comitiis amissum, adjuverunt; et quum ipsius viri majestas nullius honoris fastigium non aequabat, tum per eumdem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebes volebat. Nec variatum

cogli uomini guerreggiarono coi campi, abbruciando e saccheggiando; dal che, quasi da tedio di lenta tabe, fu vinta in modo la costanza dell'un popolo e dell'altro, che chieser tregua, prima a' consoli, poscia di lor licenza al senato, e l'ottennero di quarant'anni. Quindi deposto il pensiero di due guerre che sovrastavano, finchè si riposava dall'armi si volle, a motivo che il pagamento de' debiti aveva traslocate molte proprietà, fare il censo. Se non che, intimati i comizj per creare i censori, Cajo Marcio Rutilo, quegli che primo della plebe era stato dittatore, dichiaratosi di chiedere la censura, turbò la concordia degli ordini. Veramente pareva ch' egli avesse scelto un mal tempo, essendo allora per avventura nel consolato due patrizj, che protestavano di non volergli avere alcun riguardo. Ma egli colla costanza conseguì l'intento, e i tribuni l'ajutarono, sforzandosi ad ogni modo di ricuperare il dritto perduto ne' comizj consolari; ed oltre che il merito del personaggio stava a livello di qualunque posto più eminente, amava la plebe di esser messa a parte anche della censura da quello stesso che le avea spalancata la strada alla dittatura. Nè vi fu discordia di suffragj; sicchè Marcio venne

creato censore con Manlio Gneo. Ebbe anche quest' anno il dittatore Marco Fabio, non per tema di alcuna guerra, ma perchè non fosse osservata ne' comizj consolari la legge Licinia Fu aggiunto al dittatore, maestro de' cavalieri Quinto Servilio; pur nemmeno la dittatura potè rendere il partito de' Padri più potente nei comizj consolari di quello che fosse stato nei censorj.

Anni D R. 405 A. C. 347.

XXIII. La plebe diede al consolato Marco Popillio Lenate, i Padri Lucio Cornelio Scipione; e la fortuna rese anche più illustre del patrizio il console plebeo. Perciocchè, venuto avviso che un grande esercito di Galli s' era accampato nel contado Latino, Scipione stando ammalato gravemente, fu quella guerra straordinariamente affidata a Popillio. Egli, levato senza ritardo un esercito, commesso a tutti i giovani di radunarsi in arme fuori della porta Capena presso al Tempio di Marte, non che ai questori di trasportar colà dall' erario le bandiere, formate quattro piene legioni, quel che avanzò di soldati, lo consegnò al pretore Publio Valerio Publicola, avendo di già persuaso a' Padri di levar altro esercito in sussidio della repubblica pe' casi incerti della guerra. Così al-

comitiis est, quin cum Manlio Cnaeo censor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. Magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum Patrum consularibus comitiis fecit, quam censoriis fuerat.

XXIII. M. Popillius Laenas a plebe consul, a Patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque inlustriorem plebejum consulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nunciatum esset; Scipione gravi morbo inplicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. Is, inpigre exercitu scripto, quum omnes extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos juniores jussisset, signaque eodem quaestores ex aerario deferre, quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Publicolae praetori tradidit; auctor Patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicae esset. Ipse,

Anno U. C. 405 A. C. 347.

jam satis omnibus instructis comparatisque, ad hostem pergit: cujus ut prius nosceret vires, quam periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere coepit. Gens ferox et ingenii avidi ad pugnam, quum, procul visis Romanorum signis, ut extemplo proelium initura, explicuisset aciem; postquam neque in aequum demitti agmen vidit, et quum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, perculsos pavore rata, simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore adgreditur. Ab Romanis nec opus intermissum, (triarii erant, qui muniebant) et ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, proelium initum. Praeter virtutem locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastaeque non, tamquam ex aequo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur; oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut praegravata inhaerentibus gerebant scuta, quum cursu pene in adversum subis-

lestita e preparata ogni cosa, marciò al nemico; e per riconoscerne le forze prima di far l'ultima prova, cominciò a tirare uno steccato sull'eminenza che potè più prossima all'accampamento de' Galli Quella gente feroce, di genio avido di combattere, scoperte appena da lungi le insegne Romane, si pose in ordinanza, quasi dovesse subito azzuffarsi; ma poichè vide che le schiere non calavano al piano, e che i Romani si coprivano coll'altezza del luogo, ed anche collo steccato, stimandoli colpiti da paura, e perchè intenti molto al lavoro, più facili ad esser vinti, levato un truce grido, gli assalì. Non però i Romani intralasciarono il lavoro (lo eseguivano i triarj); e nel tempo stesso gli astati, e quei della prima fronte, che pronti e in arme s'eran messi dinanzi a' lavoratori, cominciaron la battaglia. Oltre il valore, anche l'eminenza del sito gli ajutò; sicchè i giavellotti e le aste, invece di cader senza effetto, come per lo più avviene, quando si lanciano al piano, rette dal peso colpivan tutte; e i Galli oppressi da' dardi, da' quali o n'avean la persona trafitta, o raggravati gli scudi, in cui si conficcavano, giunti di corso quasi a rimpetto, prima si ristettero irresoluti; poi quella stessa

sospensione avendo scemato a questi il cuore, e cresciuto a' nemici, respinti indietro si rovesciarono gli uni sugli altri, e più sconcia rovina fecero fra di se stessi, che non ne fe' la strage medesima; tanti più furono gli schiacciati e pesti dal precipitar della turba, che gli uccisi dal ferro.

XXIV. E non era per anche certa la vittoria de' Romani; calati al piano, altra ben grave fatica gli aspettava. Perciocchè i Galli in gran numero, fatti superiori ad ogni senso di danno, quasi nuovo esercito che rinascesse, spingevan freschi soldati contro il nemico vincitore; ed il Romano, represso l'impeto, si ristette, sì perchè stanco dovea nuovamente affrontarsi, sì perchè il console, mentre si dimena incauto fra' primi, passato quasi da parte a parte l'omero sinistro da un giavellotto, s' era per poco ritirato. E già indugiando scappava di mano la vittoria, quando il console, fasciata la ferita, ritornato al primo posto: *a che*, disse, *v' arrestate, o soldati? non avete a fare coi Latini, o coi Sabini, i quali vinti coll' armi, ve gli abbiate a fare di nemici alleati Stringemmo il ferro contro delle belve; s' ha da bere tutto il lor sangue, o dare il nostro. Gli rispingeste da' vostri alloggiamenti, li cacciaste*

sent, primo incerti restitere: dein, quum ipsa cunctatio et his animos minuisset, et auxisset hosti, inpulsi retro ruere alii super alios, stragemque inter se caede ipsa foediorem dare. adeo praecipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.

XXIV. Necdum certa Romanis victoria erat. alia in campum degressis supererat moles. Namque multitudo Gallorum, sensum omnem talis damni exsuperans, velut nova rursus exoriente acie, integrum militem adversus victorem hostem ciebat. stetitque subpresso inpetu Romanus; et quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, et quod consul, dum inter primores incautus agitat, laevo humero matari prope trajecto, cesserat parumper ex acie. Jamque omissa cunctando victoria erat, quum consul, vulnere adligato, revectus ad prima signa, *Quid stas, miles?* inquit. *Non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias. In belluas strinximus ferrum. hauriendus, aut dandus est sanguis. Propulistis a castris, supina valle praecipites egi-*

stis, stratis corporibus hostium superstatis. Complete eadem strage campos, qua montes replestis. Nolite exspectare, dum stantes vos fugiant. inferenda sunt signa, et vadendum in hostem. His adhortationibns iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia, nec duces essent, vertunt inpetum in suos; fusique per campos, et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod editissimum inter aequales tumulos obcurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Consul, non ultra castra insecutus, (quia et vulnus degravabat, et subjicere exercitum pugna fessum tumulis ab hoste occupatis nolebat) praeda omni castrorum militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallicis spoliis, Romam reduxit. Moram triumpho vulnus consulis adtulit. eademque caussa dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset, qui aegris consulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit

giù nella valle a precipizio, il terreno che calcate, è coperto di cadaveri de' nemici. Empiete il piano di strage come n'empieste il monte; non aspettate che fuggano, mentre vi state fermi; bisogna spinger innanzi le bandiere, e dar dentro al nemico Levatisi di nuovo a queste parole, caccian di luogo le prime schiere de' Galli; indi a guisa di conio forzano il passo insino al centro. Quindi i barbari sbaragliati, non sapendo nè come, nè chi obbedire, voltano l' impeto contro i loro stessi, e dispersi pe' campi, e balzati dalla fuga anche oltre i proprj alloggiamenti, drizzansi verso la rocca Albana, colle che si offriva a lor occhi il più elevato di tutti. Il console non inseguendoli più oltre del loro campo, (e perchè la ferita lo aggravava, e perchè non voleva cimentar la truppa già stanca a salir le alture occupate da' nemici) distribuita a' soldati tutta la preda del campo, ricondusse a Roma l' esercito vittorioso e ricco delle spoglie de' Galli. Fe' la ferita del console differire il trionfo; lo stesso motivo svegliò la brama nel senato di creare il dittatore, acciocchè, ammalati i consoli, vi fosse chi tenesse i comizj. Lucio Furio Camillo, nominato dittatore, aggiuntogli a maestro de' cavalieri Publio

Cornelio Scipione, restituì a' Padri l'antico possesso del consolato. Per siffatta benemerenza creato egli stesso console con gran favore de' Padri, nominò suo collega Appio Claudio Crasso.

XXV. Prima che i nuovi consoli entrassero in carica, Popillio celebrò il trionfo de' Galli con gran favore della plebe, la quale borbottando fra suoi domandava, *se vi fosse nessuno, che si pentisse di aver avuto console un plebeo?* Nel tempo stesso tacciavano il dittatore, come quello che in ricompensa della sprezzata legge Licinia preso aveva il consolato, con più vitupero della privata sua cupidigia, che con pubblico scorno, in quanto che dittatore s' era egli medesimo creato console. Fu notabile quest' anno per molti e varj movimenti. I Galli scesi dai monti d' Alba per non aver potuto reggere all' asprezza del verno, saccheggiando erravano per le pianure e per le maremme. I pirati Greci infestavano il mare e le spiagge di Anzio, le coste di Laurento, e le foci del Tevere, in guisa che i ladroni di mare, scontratisi con quei di terra, vennero una volta ad aspra battaglia, e si tornarono indietro i Galli al lor campo, i Greci ai loro legni, incerti chi fosse il vinto o il

Anni D. R. 406 A. C. 346.

Patribus possessionem pristinam consulatus. ipse ob id meritum ingenti Patrum studio creatus consul, collegam Ap. Claudium Crassum dixit.

XXV. Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno favore plebis: mussantesque inter se rogitabant, *num quem plebeji consulis poeniteret?* Simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniae spretae mercedem consulatum, privata cupiditate, quam publica injuria, foediorem, cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet. Annus multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare infestum classibus Graecorum erat, oraque litoris Antiatis, Laurensque tractus, et Tiberis ostia: ut praedones maritimi, cum terrestribus congressi, ancipiti semel proelio decertarint, dubiique discesserint in castra Galli, Graeci retro ad naves, victos se, an victores, putarent. Inter hos longe maximus exstitit terror, con-

Anno U. C. 406 A. C. 346.

cilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinae habita: responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, *absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio, laturos arma.* Inter duo simul bella externa, defectione etiam sociorum senatus anxius, quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit. civili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus desereret. Undique, non urbana tantum, sed etiam agresti juventute, decem legiones scriptae dicuntur quaternûm millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hae vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiant: adeo in quae laboramus sola crevimus, divitias, luxuriamque. Inter cetera tristia ejus anni, consul alter Ap. Claudius in ipso belli adparatu moritur: redierantque res ad Camillum; cui unico

vincitore. Diede, oltre ciò, molto più grande terrore la notizia dell' assemblea tenuta dai popoli Latini nel bosco della Dea Ferentina, e la non dubbia risposta fatta ai Romani, che comandaron loro la somministrazione de' soldati, dicendo: *che si astenessero di comandar soldati a coloro, dei cui soccorsi abbisognavano; che i Latini volean piuttosto portar l'armi per la lor libertà, che per l'altrui signoria.* Colto il senato ad un tempo da due guerre esterne, ed inquieto anche per l'abbandono degli alleati, vedendo ch' era d' uopo ritener col timore quei che la fede non riteneva, ordinò che i consoli, nel far la leva, tutte spiegassero le forze dello stato; perciocchè bisognava far fondamento sui soli cittadini, poichè erano abbandonati dagli alleati. Della gioventù da ogni parte, nè solo della città, ma del contado, diconsi scritte dieci legioni, ciascheduna di quattromille duecento fanti, e di trecento cavalli; esercito che, se alcun nembo esterno ci piombasse addosso, difficilmente oggi farebber di nuovo tutte insieme raccolte queste forze del popolo Romano, cui contiene appena il mondo intiero; tanto siamo cresciuti in ciò solo in che ci affatichiamo, nelle ricchezze, e nella mollezza. Fra l'altre sventure di quell'anno, muore l' un de' consoli, Appio Claudio, in

sull'apparecchio stesso della guerra; tutto il comando era passato a Camillo; a cui rimasto unico console, aggiungere il dittatore parve a' Padri tratto poco decoroso, e in riguardo alla dignità dell'uomo da non sottoporsi alla dittatura, e pel felice augurio di quel cognome in una guerra contro de' Galli. Il console, messe due legioni a custodia della città, divise le altre otto col pretore Lucio Pinario, ricordevole della paterna virtù, prese per se la guerra co' Galli, ed ordinò al pretore di guardar la spiaggia del mare, e di tenere i Greci lontani dal littorale; e calato nel contado Pontino, (non volendo, poichè niente ve lo forzava, dar battaglia in pianura, e stimando di domare abbastanza il nemico costretto a viver di rapina, se gl'impediva il saccheggiare) scelse un luogo acconcio ad accamparsi.

XXVI. Mentre passavan quivi il tempo quietamente, si fe' innanzi un Gallo, osservabile per grandezza di corpo, e bellezza d'armi; e fatto fare silenzio col batter l'asta sullo scudo, sfida col mezzo dell'interprete un qualunque de' Romani a combatter seco corpo a corpo. Era tribuno de' soldati Marco Valerio, il quale non istimandosi men degno di quell'onore, che si fosse stato Tito Manlio, interpellata

consuli, vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictaturae, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, dictatorem adrogari haud satis decorum visum est Patribus. Consul, duabus legionibus urbi praepositis, octo cum L. Pinario praetore divisis, memor paternae virtutis, Gallicum sibi bellum extra sortem sumit: praetorem maritimam oram tutari, Graecosque arcere litoribus jussit. et, quum in agrum Pomptinum descendisset, (quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat, et prohibendo populationibus, quos rapto vivere necessitas cogeret, satis domari credebat hostem) locum idoneum stativis delegit.

XXVI. Ubi quum stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit, magnitudine atque armis insignis: quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum, adolescens, qui haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium, ratus,

prius sciscitatus consulis voluntatem, in medium armatus processit. Minus insigne certamen humanum numine interposito Deorum factum. namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit, in hostem versus. quod primo, ut augurium coelo missum, laetus accepit tribunus. precatus deinde, *Si divus, si diva esset, qui sibi praepetem misisset, volens propitius adesset*. Dictu mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem, sed, quotiescumque certamen initum est, levans se alis, os oculosque hostis rostro et unguibus adpetiit: donec territum prodigii talis visu, oculisque simul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. corvus e conspectu elatus orientem petit. Hactenus quietae utrimque stationes fuere. postquam spoliare corpus caesi hostis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt, et Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum stationum, sed legionibus utrimque effusis

prima la volontà del console, presentossi in arme nel mezzo. L' intervento degli Dei rese men chiara la lotta de' due campioni. Perciocchè venuto il Romano alle prese, un corvo all improvviso gli si posò sull elmetto, tenendosi volto contro il nemico. Il che lieto il tribuno accettò qual augurio felice mandatogli dal cielo; indi pregò, *che se un Dio, od una Dea gli avesse mandato quell'augello, volonteroso e propizio lo proteggesse.* Cosa mirabile a dirsi! non solo si tenne fermo il corvo nel posto preso, ma ogni volta che si rinnovò la zuffa, esso levatosi sull'ale, die' col rostro e coll' unghie nel viso e negli occhi del nemico, fino a che, spaventato questi alla vista di tal prodigio, e travagliato gli occhi insieme e la mente, Valerio troncogli il capo. Il corvo alzatosi a volo verso l'oriente, si dileguò. Sino a quel punto da una parte e dall' altra stettersi quieti gli eserciti a' lor posti; ma poichè il tribuno si diede a spogliare il nemico ucciso, nè i Galli si tennero a' luoghi loro, e fu anche più veloce il corso de' Romani verso il vincitore. Quivi, ristrettasi la zuffa intorno al giacente cadavere del Gallo, s' accende fiera battaglia. Già sono alle mani non solo i posti vicini, ma le legioni dell' una

parte e dell'altra sboccate fuori. Ordina Camillo a' soldati, già lieti per la vittoria del tribuno, lieti del favore e della protezion degli Dei, che vadano a combattere; e mostrando il tribuno ricco delle spoglie nemiche: *questo*, diceva, *questo imitate, o soldati, e d'attorno al loro duce giacente abbattete le caterve de' Galli.* Gli Dei e gli uomini assecondarono quella battaglia, e i Galli da per tutto furon battuti compiutamente; tal senso avea fatto nell'un esercito e nell'altro l'esito della zuffa de' due campioni. Fra' primi, la cui mossa aveva gli altri ecciatto, fu feroce il conflitto; l'altra turba, prima di venir al tiro de' dardi, volse le spalle. Da principio si sparsero pel paese de' Volsci, e pel contado Falerno; poi se n'andarono in Puglia e al mare di sotto. Il console, chiamato parlamento, e lodato il tribuno, gli regala dieci buoi ed una corona d'oro; poi ricevuto ordine dal senato di badare alla guerra marittima, unisce il suo campo a quello del pretore. Quivi, sembrando andar in lungo l'affare per la viltà dei Greci che sfuggirono di cimentarsi, coll'approvazion del senato nominò Tito Manlio Torquato dittatore per tenere i comizj. Il dittatore, scelto a maestro de' cavalieri

res geritur. Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesentibus ac secundis Diis, ire in proelium jubet: ostentansque insignem spoliis tribunum, *Hunc imitare, miles*, ajebat; *et circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.* Dii hominesque illi adfuere pugnae; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est. adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis perceperat. Inter primos, quorum concursus alios exciverat, atrox proelium fuit: alia multitudo, priusquam ad conjectum teli veniret, terga vertit. Primo per Volscos Falernumque agrum dissipati sunt: inde Apuliam ac mare inferum petierunt. Consul, concione advocata, laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat. ipse, jussus ab senatu bellum maritimum curare, cum praetore junxit castra. ibi, quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum caussa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Dictator, ma-

gistro equitum A. Cornelio Cosso dicto, comitia consularia habuit, aemulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum (id enim illi deinde cognominis fuit) summo favore populi, tres et viginti natum annos, consulem renunciavit. collega Corvo de plebe M. Popillius Laenas quartum consul futurus datus est. Cum Graecis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Postremo, quum litoribus arcerentur, aqua etiam praeter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquere. Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit, nihil certi est. maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim. nam ulterior Graecia, ea tempestate intestino fessa bello, jam Macedonum opes horrebat.

Anno U. C. 407 A. C. 345

XXVII. Exercitibus dimissis, quum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset, ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta coëgit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit. Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia dedu-

Aulo Cornelio Cosso, tenne i comizj consolari, e con somma gioja del popolo, propose a console, comecchè assente, l'emulo della sua gloria, Marco Valerio Corvo, ch'ebbe poi tal soprannome, dell'età d'anni ventitre, e gli fu dato a collega Marco Popillio Lenate, della plebe, console per la quarta volta. Non fe' Camillo impresa memorabile contro i Greci, che nè dessi per terra, nè il Romano sapea combattere per mare. Alla fine, tenuti sempre lontani dalle spiagge, mancando, oltre gli altri bisogni, anche l'acqua, abbandonarono l'Italia. Di qual popolo in particolare, di qual nazione fosse quella flotta, non è ben certo; crederei che appartenesse ai tiranni della Sicilia; perciocchè la Grecia ulteriore, stanca a quel tempo delle intestine discordie, già già paventava le forze de' Macedoni.

Anni D. R. 407 A. C. 345.

XXVII. Licenziati gli eserciti, ed essendovi pace di fuori, e calma di dentro per la concordia degli ordini, acciocchè non vi fosse di che troppo allegrarsi, la pestilenza appiccatasi alla città costrinse il senato ad ordinare ai decemviri, che consultassero i libri Sibillini, e fu per loro avviso, che si fece il *Lettisternio*. Gli Anziati in quell'anno stesso menarono una

colonia a Satrico, e fu rifatta la città già diroccata dai Latini, e in Roma si strinse alleanza coi legati Cartaginesi, venuti a chiedere amicizia e società. Durò la stessa quiete in casa e fuori sotto i consoli Tito Manlio Torquato, e Cajo Plauzio; fu ridotto l'interesse dell'uno solamente al mezzo per cento; e si ripartì l'estinzione del debito per porzioni eguali in un triennio, con questo che se ne pagasse di presente la quarta parte; e risentendosi una porzion della plebe anche di questo, pure il senato tenne più conto della pubblica fede, che del privato disagio. Il gran sollievo venne dall'aver sospeso il tributo e la leva. L'anno terzo da che Satrico fu rifatto dai Volsci, giunta la notizia dal Lazio, che legati mandati da Anzio circuivano i popoli Latini per eccitarli alla guerra, Marco Valerio Corvo, fatto console per la seconda volta con Cajo Petelio, avuto ordine, prima che i nemici fossero in più numero, di muover l'armi contro de' Volsci, si portò coll'esercito verso Satrico. Quivi mossisi incontro gli Anziati e gli altri Volsci colle forze già preparate al caso che da Roma fosse fatto qualche movimento, non si tardò punto a venir alle mani fra gente per lungo odio invelenita. I Volsci più fe-

Anni D. R. 408 A. C. 344.

Anni D. R. 409 A. C. 343.

cta, restitutaque urbs, quam Latini diruerant. et cum Karthaginiensibus legatis Romae foedus ictum, quum amicitiam ac societatem petentes venissent. Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato, C. Plautio consulibus: semunciarium tantum ex unciario foenus factum, et in pensiones aequas triennii, ita ut quarta praesens esset, solutio aeris alieni dispensata est. et sic quoque parte plebis adfecta, fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. Levatae maxime res, quia tributo ac delectu supersessum. Tertio anno post Satricum restitutum a Volscis, M. Valerius Corvus, secundum consul cum C. Poetelio factus, quum ex Latio nunciatum esset, legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; priusquam plus hostium fieret, Volscis arma inferre jussus, ad Satricum exercitu infesto pergit. quo quum Antiates aliique Volsci praeparatis jam ante, si quid ab Roma moveretur, copiis obcurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad

Anno U. C. 408 A. C. 344.

Anno U. C. 409 A. C. 343.

bellandum, gens, certamine victi, fuga effusa Satrici moenia petunt. et, ne in muris quidem satis firma spe, quum corona militum cincta jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia militum, praeter multitudinem inbellem, sese dedidere. Oppidum dirutum atque incensum: ab aede tantum Matris Matutae abstinuere ignem. Praeda omnis militi data. Extra praedam quatuor millia deditorum habita. eos vinctos consul ante currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in aerarium redegit. Sunt, qui hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant: idque magis verisimile est, quam deditos veniisse.

Anno U. C. 410 A. C. 342.

XXVIII. Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum. metuque, ne id factum populi unius, consilium omnis nominis Latini esset, dictator velut adversus armatum jam Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. et quum, (quod per magnos tumultus fieri solitum erat) justitio

roci a ribellarsi che a combattere, vinti in battaglia, fuggono disperatamente a Satrico; e non fidando nemmeno affatto nelle lor mura, già d'intorno accerchiata la città, e quasi presa per iscalata, si arrendettero in numero di quattro mila soldati, oltre la moltitudine imbelle. Fu diroccata ed arsa la fortezza; solo si astenne il fuoco dal tempio della Dea Matuta; al soldato fu distribuita tutta la preda; oltre questa, s'ebbero per dedizione quattro mila prigioni. Il console trionfante li trasse in catene dinanzi al carro; e vendutili, riportò gran somma nell'erario. V'ha chi scrive, che questa turba fu solamente di schiavi; cosa più verisimile di quello che sieno stati messi in vendita quelli che si erano arrenduti.

XXVIII. A questi succedettero consoli Marco Fabio Dorsone, e Sergio Sulpizio Camerino. Indi ebbe principio da un repentino guasto la guerra cogli Aurunci; e per sospetto, che il fatto di un popolo non fosse il pensiero di tutta la nazione Latina, si creò dittatore Lucio Furio, quasi a combattere il Lazio già in armi; egli nominò maestro de' cavalieri Gneo Manlio Capitolino. E, come si soleva ne' maggiori tumulti, intimate le ferie, e fatta la leva

Anni D. R. 410 A. C. 342.

senza tener conto di esenzioni, furon tratte le legioni, quanto più presto si potè, contro gli Aurunci. Quivi si trovaron piuttosto de' ladroni, che de' nemici; quindi al primo scontro la guerra fu terminata. Pure il dittatore, e perchè primi s'erano messi in arme, e perchè si presentavano intrepidi alla battaglia, persuaso di non trascurare anche i soccorsi celesti, fe' voto, nel calore stesso della zuffa, di un tempio a Giunone Moneta; e ritornato a Roma vincitore con tal carico, depose la dittatura. Ordinò il senato, che si eleggessero due persone alla fabbrica di quel tempio in modo degno della grandezza Romana, e gli fu assegnato un sito sulla rocca nella piazza già occupata dalle case di Marco Manlio Capitolino. I consoli, valendosi per la guerra co' Volsci dell' esercito del dittatore, coltigli all' impensata, presero loro Sora. L'anno dappoi ch' era stato promesso in voto, vien dedicato il tempio della Dea Moneta, sotto il terzo consolato di Cajo Marcio Rutilo, e sotto il secondo di Tito Manlio Torquato. La dedicazione fu tosto accompagnata da un prodigio simile all' altro vecchio del monte Albano; perciocchè piovettero sassi, e parve che notte oscurasse il giorno. E consultati i libri, piena essendo la città di

Anni D. R. 411 A. C. 341.

indicto, delectus sine vacationibus habitus esset; legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductae. ibi praedonum magis, quam hostium, animi inventi. Prima itaque acie debellatum est. Dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant, et sine detrectatione se certamini offerebant, Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem aedem Junoni Monetae vovit: cujus damnatus voti quum victor Romam revertisset, dictatura se abdicavit. Senatus duumviros ad eam aedem pro amplitudine populi Romani faciendam creari jussit. locus in arce destinatus, quae area aedium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules, dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram ex hostibus, incautos adorti, ceperunt. Anno post, quam vota erat, aedes Monetae dedicatur, C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus. Prodigium extemplo dedicationem secutum, simile vetusto montis Albani prodigio. namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi: librisque inspectis, quum plena religione civitas esset,

Anno U. C. 411 A. C. 341.

senatui placuit, dictatorem feriarum constituendarum caussa dici. Dictus P. Valerius Publicola. magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos; ordoque iis, quo quisque die supplicarent, statutus. Judicia eo anno populi tristia in foeneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies esset, traduntur. Et res, haud ulla insigni ad memoriam caussa, ad interregnum rediit. Ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Cossus.

Anno U. C. 412 A. C. 340.

XXIX. Majora jam hinc bella, et viribus hostium, et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio, quibus bellatum est, dicentur. namque eo anno adversus Samnites, gentem opibus armisque validam, mota arma. Samnitium bellum, ancipiti Marte gestum, Pyrrhus hostis, Pyrrhum Poeni secuti. Quanta rerum moles? quoties in extrema periculorum ventum, ut in hunc magnitudinem, quae vix sustinetur, erigi imperium

religioso spavento, piacque al senato, che si creasse il dittatore per intimare le ferie. Fu nominato Publio Valerio Publicola, e gli fu dato a maestro de' cavalieri Quinto Fabio Ambusto. Si volle che andassero a pregare non solamente le tribù, ma pur anche i popoli confinanti, e fu loro prescritto l'ordine del giorno in cui ciascuno andasse. Diconsi fatte in quell'anno aspre sentenze dal popolo contro gli usuraj, a cui fosse stata intentata accusa dagli edili; e si tornò all'interregno senza che se ne rammenti cagione alcuna ben chiara, e dall'interregno, perchè potesse restarne pur qualche traccia, si passò a creare consoli due patrizj, Marco Valerio Corvo per la terza volta, ed Aulo Cornelio Cosso.

Anni D. R. 412 A. C. 340.

XXIX. Dirannosi d'ora innanzi guerre maggiori, e per gran forze nemiche, e per distanza di luoghi, e per lunghezza di tempo, in cui si guerreggiò. Perciocchè in quell'anno si mossero l'armi contro i Sanniti, nazione potente ed armigera. Alla guerra co' Sanniti, fatta con dubbio evento, venne dietro Pirro nemico, a Pirro i Cartaginesi. Quanta mole di cose! quante volte si venne a rischj estremi; onde potesse l'impero levarsi a questa grandezza che a fatica si sostiene! Il

motivo poi della guerra co' Sanniti, coi quali erano stretti in società ed amicizia, l'ebbero i Romani da fuori, non nacque fra loro. Avendo i Sanniti, perch' erano più in forze, assaltati ingiustamente i Sidicini, questi costretti per debolezza a ricorrere all' ajuto de' più potenti, si uniscono ai Campani. Se non che avendo i Campani apportato piuttosto un nome che una giunta di forza a soccorso degli alleati, snervati dal lusso, son battuti nel paese dei Sidicini da gente indurata dal mestiere dell'armi, e quindi rivolgon sopra di se tutta la mole della guerra. Perciocchè i Sanniti, messi da parte i Sidicini, ed assaliti i Campani, antemurale de' confinanti, e d'onde era egualmente facile la vittoria, e maggiore la preda e la fama, avendo occupati con forte presidio i colli di Tifata sovrastanti a Capua, quindi scendono in quadrata ordinanza nella pianura, che giace fra Capua e Tifata. Quivi si combattè nuovamente; ed i Campani, perduta la battaglia, cacciati dentro alle loro mura, non vedendo prossima speranza alcuna, tagliato a pezzi il nerbo della lor gioventù, furon costretti a domandare ajuto a' Romani.

XXX. Gli oratori introdotti in senato così parlarono a un dipresso: *il popolo*

posset? Belli autem caussa cum Samnitibus, Romanis, quum societate amicitiaque juncti essent, extrinsecus venit; non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis injusta arma, quia viribus plus poterant, quum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis sese conjungunt. Campani magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires, quum adtulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnem belli verterunt. namque Samnites, omissis Sidicinis, ipsam arcem finitimorum Campanos adorti, unde aeque facilis victoria, praedae atque gloriae plus esset, Tifata, imminentes Capuae colles, quum praesidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quae Capuam Tifataque interjacet. ibi rursus acie dimicatum: adversoque proelio Campani intra moenia compulsi, quum, robore juventutis suae adciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

XXX. Legati, introducti in senatum, maxime in hanc sententiam locuti sunt: *Po-*

pulus nos Campanus legatos ad vos, Patres conscripti, misit; amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut coepta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset. tunc enim, ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus. nunc, misericordia vestra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus, oportet; ne ingrati atque omni ope divina humanaque indigni videamur. Neque, Hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur: sed ut vetustate et gradu honoris nos praestent. neque enim foedere Samnitium, ne qua nova jungeretis foedera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis justa caussa amicitiae, velle eum vobis amicum esse, qui vos adpeteret. Campani, etsi fortuna praesens magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo praeterquam vobis ceden-

Campano ci ha mandati ambasciatori a voi, Padri coscritti, per chiedervi amicizia in perpetuo, soccorso in presente; e quella se ve l'avessimo chiesta nella floridezza del nostro stato, ben sarebbesi cominciata più presto, ma con più debile vincolo contratta. Perciocchè allora ricordevoli d'aver fatta amicizia in parità di condizione, vi saremmo forse stati egualmente amici, come in presente, ma certo non tanto ligj ed obbligati. Ora guadagnati dalla vostra misericordia, e nel rischio difesi dal vostro ajuto, ci conviene aver anche rispetto al ricevuto benefizio, per non parere ingrati e immeritevoli d'ogni divina ed umana protezione. Nè veramente, perchè i Sanniti divenner prima vostri amici e compagni, ciò stimo dover fare che non siamo noi ricevuti nella vostra amicizia, ma sì che quelli ci sorpassino in anzianità ed in grado d'onori; atteso che non è scritto nel trattato con essi, che non facciate nuove alleanze. Veramente presso voi fu sempre assai giusta cagion d'amicizia il voler amico colui che vi cercava. Noi dunque Campani (benchè la presente fortuna ci vieti usar magnifico linguaggio), noi che non cediamo ad alcun popolo, fuorchè a voi, per ampiezza di mura, per feracità

di territorio, vegniamo nella vostra amicizia non picciola giunta, cred' io, al vostro prospero stato. Saremo alle spalle degli Equi e dei Volsci, nemici eterni di questa città, qualunque volta si muovano; e ciocchè voi primi avrete fatto per la nostra salvezza, noi sempre il faremo per l' impero e per la gloria vostra. Domati i popoli che son tra voi e noi, il che il valore e la fortuna vostra ci promettono dover essere ad ogni giorno, avrete una continuata dominazione insino a noi. È acerba e trista cosa, ciocchè la nostra sorte ci sforza di confessare; siamo a tale, Padri coscritti, che appartener dovremo agli amici o ai nemici; vostri, se ci difendete, dei Sanniti, se ci abbandonate. Deliberate dunque, se vi piace meglio che Capua e la Campania tutta si aggiunga alla vostra, ovvero alla potenza de' Sanniti. Certo è convenevol cosa, o Romani, che la vostra misericordia e il vostro ajuto sia presto ed aperto a tutti; a quelli però massimamente, i quali mentre soccorrono, anche oltre le lor forze, gli altri venuti ad implorarli, essi stessi caddero tutti in così fatta necessità. Sebbene combattemmo in parole pei Sidicini, in fatto per noi, vedendo un popolo confinante assalito dai Sanniti con

tes, haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram. Aequis Volscisque, aeternis hostibus hujus urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus: et, quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper faciemus. Subactis iis gentibus, quae inter nos vosque sunt, quod propediem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, continens imperium usque ad nos habebitis. Acerbum ac miserum est, quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum, aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, vestri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram misericordiam, vestrumque auxilium aequum est patere; iis tamen maxime, qui, eam inplorantibus aliis auxilium dum supra vires suas praestant, omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. quamquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum popu-

lum nefario latrocinio Samnitium peti ; et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse. Nec enim nunc, quia dolent injuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse caussam, obpugnatum nos veniunt. An, si ultio irae haec, et non occasio cupiditatis explendae esset, parum fuit, quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? Quae est ista tam infesta ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, praedas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata. Hiscine ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda est. ea ad obpugnandam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud recusantem justa bella populum; sed tamen, si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra

infame soperchieria, e certi che, ardendo i Sidicini, quell' incendio si saria disteso insino a noi. Perciocchè non vengon ora i Sanniti ad assaltarci, perchè si dolgano di un affronto ricevuto, ma perchè s' allegrano che siasi offerto loro un pretesto. Se questa fosse una vendetta, uno sdegno, e non un' occasione di saziare la lor cupidigia, fu poco forse l' aver tagliate a pezzi le nostre legioni, una volta nel contado de' Sidicini, un' altra nella stessa Campania? che ira è questa rabbiosa, cui non potè spegnere il sangue versato in due battaglie? Aggiungi il guasto de' campi, le prede degli uomini e de' bestiami, gl' incendj e le ruine de' villaggi, e ogni cosa messa a ferro ed a fuoco. Tutto ciò non potè saziare lo sdegno? Ma saziar bisogna la cupidigia; essa li tira a combatter Capua; vogliono o smantellare questa città bellissima, o possederla. Ma voi, o Romani, occupatela col vostro benefizio, piuttosto che permettere ch' essi l' abbiano colla perfidia. Non parlo ad un popolo che ricusi le guerre giuste; ma pure, se farete soltanto mostra di ajutarci, non avrete d' uopo, io credo, nemmen di guerra. Il disprezzo dei Sanniti

giunge sino a noi, non ascende più oltre. Possiamo dunque, o Romani, coprirci all' ombra del vostro ajuto; checchè avremo dappoi, checchè saremo, lo stimerem tutto vostro. Per voi saran solcate le terre della Campania, per voi Capua frequentata; vi terremo nel numero de' nostri fondatori, de' nostri padri, degli stessi Dei immortali; non vi sarà vostra colonia che ci vinca in ossequio ed in fede. D' un cenno, o Padri coscritti, assicurate a' Campani l' invitta vostra protezione; fateci sperare che Capua sarà salva. Qual frequenza di moltitudine d' ogni sorte credete voi ci accompagnasse, quando partimmo di là? come ci lasciammo tutto pieno di lagrime, e di voti! in quale non istanno aspettazione il senato ed il popolo Campano, le mogli ed i figliuoli nostri? Sono certo che tutto il popolo è alle porte cogli occhi lungo la via che di qua mena, cogli animi solleciti e sospesi, qual cosa, o Padri coscritti, ci comandiate di recar loro. Una risposta porta salute, vittoria, luce, libertà; ciocchè porti l' altra, raccapriccio a indovinarlo. Disponete dunque di noi, come deggiamo essere in avvenire, o vostri socj ed amici, o veramente non esser più.

non escendit. Itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus: quidquid deinde habuerimus, quidquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur: conditorum, parentum, Deorum inmortalium numero nobis eritis. Nulla colonia vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet. Adnuite, Patres conscripti, nutum numenque vestrum invictum Campanis, et jubete sperare, incolumem Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lacrimarumque plena reliquisse? in qua nunc exspectatione senatum populumque Campanum, conjuges, liberosque nostros esse? Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo, quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animi renunciare jubeatis. Alterum responsum salutem, victoriam, lucem, ac libertatem; alterum ominari horreo, quae ferat. Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam ullis futuris nobis, consulite.

XXXI. Submotis deinde legatis, quum consultus senatus esset, etsi magnae parti urbs maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonae horreum populi Romani fore videbatur; tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, respondit que ita ex auctoritate senatus consul: *Auxilio vos, Campani, dignos censet senatus: sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum foedere juncti sunt. itaque arma, Deos prius, quam homines, violatura, adversus Samnites vobis negamus. Legatos, sicut fas jusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat.* Ad ea princeps legationis, (sic enim domo mandatum adtulerant) *Quandoquidem,* inquit, *nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quidquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri.*

XXXI. Indi mandati fuori gli ambasciatori, essendosi consultato il senato, benchè sembrasse ad una gran parte che una delle più grandi e doviziose città d' Italia, ed un territorio fertilissimo e vicino al mare dovesse essere il granajo di Roma per varietà di prodotti, pure la fede prevalse a tanto utile, ed il console, di commissione del senato, così rispose: *il senato, o Campani, vi stima degni d' essere soccorsi; ma è conveniente cominciar con voi l' amicizia in modo, che altra amicizia e società più vecchia non sia violata. I Sanniti ci sono stretti con alleanza; perciò vi neghiamo contro gli stessi quell' armi che gli Dei più presto offenderebbero che gli uomini. Spediremo de' legati, come vuol ragione e giustizia, a pregare i socj e gli amici, che non vi sia fatta violenza.* A ciò rispose il capo dell' ambasciata (che tal mandato avea portato da casa): *posciacchè*, disse, *non volete con giusta forza difendere le cose nostre dall' altrui violenza ed ingiustizia, certo difenderete le vostre; e perciò il popolo Campano, la città di Capua, il contado, i tempj degli Dei, le cose divine ed umane, tutto mettiamo, o Padri coscritti, in poter vostro e del popolo Romano; checchè patiremo in appresso, vostri il patiremo.*

Tutti, a questi detti, levando le mani verso i consoli, grondanti di lagrime nel vestibolo della curia, caddero bocconi a terra. Commossi i Padri dalla vicenda delle umane fortune, che quel popolo già fiero per potenza, celebre per lusso e per orgoglio, da cui poc'anzi avean chiesto ajuto i confinanti, or tanto d'animo si perdesse da metter se e le cose sue in balia d'altri, parve allora che fosse della fede non tradire chi s'era a questa guisa dedicato; e pensavano che giusta cosa non farebbero i Sanniti, se assaltassero un contado ed una città, divenuti, per dedizione, di ragion del popolo Romano. Piacque pertanto di mandar subito ambasciatori ai Sanniti. La commissione portava: *che i preghi esponessero dei Campani, la risposta del senato ricordevole dell' amicizia coi Sanniti, finalmente la fatta dedizione. Chiedessero pei vincoli della società ed amicizia che rispettassero chi s'era dato loro, nè l'armi ostili portassero contro quel contado ch'era divenuto del popolo Romano. Se trattando amichevolmente, non profittassero, dovessero intimare ai Sanniti a nome del popolo Romano e del senato di astenersi da Capua e dal territorio Campano.* Ai legati che ciò trattarono nelle adunanze

Sub haec dicta omnes, manus ad consules tendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt. Commoti Patres vice fortunarum humanarum, si ille praepotens opibus populus, luxuria superbiaque clarus, a quo paullo ante auxilium finitimi petissent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienae faceret: tum jam fides agi visa, deditos non prodi, nec facturum aequa Samnitium populum censebant, si agrum urbemque, per deditionem factam populi Romani, obpugnarent. Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata, *ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent. Peterent pro societate amicitiaque, ut dediticiis suis parcerent: neque in eum agrum, qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent.* Haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo

est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi, stantibus legatis, praefectos cohortium vocarent; iisque clara voce imperarent, ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

XXXII. Hac legatione Romam relata, positis omnium aliarum rerum curis, Patres, fecialibus ad res repetendas missis, belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: jussuque populi consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam castra ponunt. Priori Valerio Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) obcurrunt. simul in Campanos stimulabat ira, tam promtos nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia. Ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, adfirmare, eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua

de' Sanniti, tal si diè feroce risposta, che non solo dissero di voler fare la guerra, ma i lor magistrati usciti dalla curia chiamarono alla presenza de' legati i prefetti delle coorti, e loro imposero ad alta voce di partir tosto a depredar le terre de' Campani.

XXXII Riferita a Roma tale ambasciata, deposte tutte l'altre cure, i Padri, spediti i feciali a richieder le cose tolte, e poichè non si rendevano, intimata solennemente la guerra, decretarono che la cosa fosse subito portata al popolo; e per di lui volontà partitisi entrambi i consoli da Roma con due eserciti, Valerio per la Campania, Cornelio pel Sannio, mettono il campo, quegli al monte Gauro, questi a Saticula. Prima fannosi incontro a Valerio le legioni de' Sanniti (perciocchè pensavano che la mole della guerra tutta piegherebbe da quella parte); nel tempo stesso ira gli stimolava contro i Campani, sì pronti or a dare, or a chiamare ajuti contro loro. Come poi videro gli accampamenti Romani, ognun si pose a chieder ferocemente a' capitani il segno della battaglia, e giurare che il Romano avrebbe dato ajuto al Campano con quella stessa fortuna, con cui l'avea dato il Campano al Sidicino. Vale-

rio impiegati non molti giorni in lievi scaramucce, onde saggiare il nemico, dopo breve ritardo diede il segno della battaglia, esortando i suoi con pochi detti: *non gli atterisse la nuova guerra, il nuovo nemico; quanto più portan l'armi lungi da Roma, e più e più s'incontrano in gente imbelle. Non giudicassero del valor de' Sanniti dalle sconfitte dei Sidicini, e dei Campani; qualunque si fossero i combattenti, uopo era che una delle parti fosse vinta. Certo i Campani furon più vinti dall'eccedente lusso e dalla lor mollezza, che dal vigor dei nemici. E poi, che sono in tanti secoli due guerre prospere de' Sanniti rimpetto a tante chiare imprese del popolo Romano, che novera quasi più trionfi che anni dalla fondazione della città? che tutti ha domo coll'armi sue d'intorno a se i Sabini, la Toscana, i Latini, gli Ernici, gli Equi, i Volsci, gli Aurunci? che i Galli messi a pezzi in tante battaglie ultimamente respinse al mare ed alle navi? deve ognuno presentarsi al nemico, fiero della gloria militare e del suo proprio valore; ma pur anche osservare sotto gli auspizj e la condotta di chi si vada a combattere; s'egli, Valerio, non altro*

Campanus Sidicino tulerit. Valerius, levibus certaminibus, tentandi hostis caussa, haud ita multos moratus dies, signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus: *Ne novum bellum eos novusque hostis terreret. quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium aestimarent virtutem. qualescumque inter se certaverint, necesse fuisse alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse. Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella Samnitium adversus tot decora populi Romani, qui triumphos pene plures, quam annos ab urbe condita, numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos, tot proeliis caesos, postremo in mare ac naves fuga compulerit? Quum gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cujus ductu auspicioque ineunda pugna sit. utrum*

qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat. Facta mea, non dicta, vos, milites, inquit, *sequi volo; nec disciplinam modo, sed exemplum etiam, a me petere. Non factionibus modo nec per coïtiones usitatas nobilibus, sed hac dextra, mihi tres consulatus summamque laudem peperi. Fuit, quum hoc dici poterat: Patricius enim eras, et a liberatoribus patriae ortus: et, eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec consulem, habuit. Nunc jam nobis Patribus vobisque plebejis promiscuus consulatus patet; nec generis, ut ante, sed virtutis est praemium. proinde summum quodque spectate, milites, duces. Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit. Semper ego plebem Romanam militiae domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, aeque tribunus ac consul, eodem tenore per omnes*

sia che un magnifico cianciatore, solo feroce in parole, senza esperienza militare; ovvero tale, ch' egli stesso sappia maneggiar l' armi, marciar dinanzi le insegne, ed aggirarsi in mezzo alla mole istessa della battaglia. *Voglio*, disse, *o soldati, che abbiate a seguire i miei fatti, non i miei detti, e trar da me non solamente la disciplina, ma l' esempio. Non colle fazioni, o colle brighe usate da' nobili, ma con questa destra mi guadagnai tre consolati e somma lode. Fuvvi un tempo in cui dir si poteva: certo che sì, perchè tu eri patrizio, perchè nato dai liberatori della patria, perchè di quella famiglia ch' ebbe il consolato in quell' anno istesso che Roma ebbe i consoli. Ora il consolato è aperto e promiscuo a noi patrizj e a voi plebei; è premio non del sangue, come innanzi, ma del valore. Quindi mirate sempre, o soldati, a quanto c' è di più glorioso. Non è, se voi uomini per volontà degli Dei questo mi deste nuovo cognome di Corvo, che perciò mi sia caduto di mente il cognome antico de' Publicoli dato alla nostra famiglia. La plebe Romana, io l' onoro e l' ho sempre onorata in pace e in guerra, privato, ne' magistrati grandi e ne' piccioli,*

egualmente tribuno, che console, ed alla stessa guisa in tutti i successivi consolati. Ora, quel che importa, col favor degli Dei, meco riportate dai Sanniti nuovo ed intero trionfo.

XXXIII. Non ci ebbe altre volte mai comandante più dimestico coi soldati, sostenendo egli di buon grado cogl' infimi qual si voglia incumbenza. Oltre a ciò, nella palestra militare, dove gli eguali fan prova tra di loro di velocità e di forze, egli di buon garbo e collo stesso viso vinceva e si lasciava vincere. Non disdegnava qualunque pari se gli offerisse, benigno all' uopo coi fatti, non men ricordevole nei detti dell' altrui libertà, che della propria dignità; e ciò, di che non ci ha cosa più grata al popolo, esercitava i magistrati coll' arti stesse, con cui gli aveva conseguiti. Per lo che tutto l'esercito, seguendo con incredibile alacrità le voci del suo comandante, esce dal campo. Si venne a battaglia, quanto altra volta mai, con pari speranze, con pari forze d' ambe le parti, fidando in se stesso senza sprezzare il nemico. Aggiungevan ferocia a' Sanniti le nuove imprese e la pochi dì innanzi riportata doppia vittoria; a' Romani il lustro di quattrocent' anni ed i trionfi coetanei della città: pur dava di

deinceps consulatus, colo atque colui. nunc, quod instat, Diis bene juvantibus, novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.

XXXIII. Non alias militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo. In ludo praeterea militari, quum velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem; nec quemquam adspernari parem, qui se obferret; factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienae, quam suae dignitatis, memor: et, quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. Itaque universus exercitus, incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis, castris egreditur. Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe, utrimque aequis viribus, cum fiducia sui, sine contemtu hostium, commissum est. Samnitibus ferociam augebant novae res gestae et paucos ante dies geminata victoria; Romanis contra quadringentorum annorum decora, et conditae urbi

aequalis victoria: utrisque tamen novus hostis curam addebat. pugna indicio fuit, quos gesserint animos namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies. Tum consul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequidquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit, nec posse aperire in hostes viam, revectus ad antesignanos legionum, quum desiluisset ex equo, *Nostrum*, inquit, *peditum illud, milites, est opus. agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem hostium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite Illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta cernetis.* Haec dicta dederat, quum equites consulis jussu discurrunt in cornua, legionibus in mediam aciem aperiunt viam. Primus omnium consul invadit hostem; et, cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Hoc spectaculo accensi dextra laevaque, ante se quisque, memorandum proelium cient.

che pensare agli uni e agli altri la novità del nemico. La battaglia fe' palese di che animo si fossero; perciocchè per lunga pezza non piegò l' affare nè a questa, nè a quella parte. Allora il console, mirando a gettare il terrore fra' nemici, poichè non si poteva rispingerli colla forza, tenta di scompigliarne le prime file, caccianlovi per entro i cavalli; ma poichè li vide in vano dimenandosi in angusto spazio aggirarsi, nè potersi aprir la via tra' nemici, ritornato alla testa delle legioni, messo piede a terra: *questa*, disse, *o soldati, è opra di noi fantaccini. Su via, come mi vedrete, dovunque mi lancierò nel folto dei nemici, farmi strada col ferro, così atterri ciascuno quanto riscontra. Tutto quel tratto dove or scintillan ritte tant' aste, lo vedrete spalancato da strage immensa.* Detto avea, quando per comando del console la gente a cavallo corre su i fianchi, ed apre alle legioni la strada al centro. Il console, primo di tutti invade il nemico, e quanti scontra abbatte. A tale spettacolo infiammati a destra ed a sinistra, ognuno innanzi a se fa memorande prodezze. Stan sodi i Sanniti, benchè ricevon ferite più che non ne danno. Già era durata alquanto

tempo la battaglia; si facea strage atroce d' attorno le insegne de' Sanniti, ma non c' era da nessuna parte segno di fuga; tanto s' eran fitti in cuore di non esser vinti, fuorchè per morte. Quindi i Romani, già sentendo scappar le forze per lassezza, nè molto avanzando del giorno, accesi d'ira si lanciano in mezzo de' nemici. Allora per la prima volta fu visto il Sannite ritrarre il piede e piegare a fuga, allora esser preso, ammazzato; e ne sarien rimasti non molti, se la notte non avesse interrotta piuttosto la vittoria che la battaglia. Gli stessi Romani confessavano di non aver mai combattuto con più pervicace nemico; e i Sanniti ricercati, qual veramente prima cagione, sì ostinati come erano, gli avesse mossi a fuggire, *era lor sembrato*, dicevano, *ardere gli occhi dei Romani, e aver visi da forsennati, faccie da furibondi; da ciò, più che d' altro, esser nato il terrore;* terrore ch' han confessato non solo coll' esito della battaglia, ma colla notturna ritirata. Nel dì seguente il Romano s' impadronisce de' voti alloggiamenti nemici, dove tutta venne a spandersi, congratulandosi, la turba dei Campani.

Stant obnisi Samnites, quamquam plura accipiunt, quam inferunt, vulnera. Aliquamdiu jam pugnatum erat: atrox caedes circa signa Samnitium, fuga ab nulladum parte erat. adeo morte sola vinci destinaverant animis. Itaque Romani, quum et fluere jam lassitudine vires sentirent, et diei haud multum superesset, accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam adparuit; tum capi, occidi Samnis. nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis, quam proelium, diremisset. Et Romani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoste conflictum: et Samnites, quum quaereretur, quaenam prima caussa tam obstinatos movisset in fugam? *oculos sibi Romanorum ardere visos*, ajebant, *vesanosque vultus et furentia ora: inde plus, quam ex alia ulla re, terroris ortum.* quem terrorem non pugnae solum eventu, sed nocturna profectione, confessi sunt. Postero die vacuis hostium castris Romanus potitur: quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

XXXIV. Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum, cava valle pervium, circaque insessum ab hoste, induxit: nec prius, quam recipi tuto signa non poterant, imminentem capiti hostem vidit. Dum id morae Samnitibus est, quoad totum in vallem infimam demitterent agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem, imminentem hostium castris, aditu arduum inpedito agmini. expeditis haud difficilem. Itaque consuli territo animi, *Vides ne tu*, inquit, *A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quam caeci reliquere Samnites, inpigre capimus. Ne tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, dederis. cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque et exercitum serva. neque enim moveri hostis, subjectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet.* Conlaudatus

XXXIV. Ma questa letizia fu quasi guasta da grave rotta nel paese de' Sanniti Perciocchè partitosi il console Cornelio da Saticola, trasse incautamente l'esercito in un bosco, che metteva in una valle profonda, e ch' era accerchiato da' nemici; nè si accorse di averli sopra il capo, se non quando non si potea ritirar senza rischio. Mentre tardano i Sanniti, finchè tutto l' esercito calasse al basso della valle, Publio Decio tribuno de' soldati scopre nel bosco un colle alquanto rilevato che sovrastava al campo nemico, arduo alla salita per gente carica di bagaglio, ma non difficile a gente sciolta e spedita. Voltosi pertanto al console sbigottito: *vedi tu*, disse, *Aulo Cornelio, quell' altura là sopra il capo de' nemici? Quella è la rocca della speranza e della salvezza nostra, se negletta dai malaccorti Sanniti bravamente l' occupiamo. Non ti chieggo fuorchè i principi, e gli astati d' una legione; come sarò giunto con essi alla cima, tu esci di qua senza tema, e te metti in salvo e l' esercito. Perciocchè il nemico, sottoposto a tutti i nostri colpi, non potrà muoversi senza sua rovina. Quanto a noi, ci trarrà d' impaccio o la fortuna*

del popolo Romano, *o il valor nostro.* Lodato dal console, ricevuto il presidio, cammina occulto pel bosco, nè fu scoperto dal nemico che quando fu presso al luogo, dove mirava. Indi, sbigottiti tutti per maraviglia, e tutti avendo volti gli occhi sopra di lui, diede spazio al console di trar l' esercito in luogo più vantaggioso, e desso andò su quella cima a fermarsi. I Sanniti, mentre girano qua e là le insegne, perduta la doppia occasione, nè possono inseguire il console, fuorchè attraverso la stessa valle in cui l' aveano avuto poco innanzi sottoposto ai lor colpi, nè drizzare le schiere all' altura già occupata da Decio sul capo loro. Ma più gli sprona contro di questi e l' ira che abbian lor tolta una propizia fortuna, ed anche la vicinanza e il poco numero; ed or pensano di circondare il colle d' ogn' intorno d' armati, onde separare Decio dal console; ora anzi di spalancare il varco, per poi, scesi che sieno, assaltarli: irresoluti la notte li colse. Decio sperò dapprima di combatter dall' alto coi Sanniti, mentre salirebbero all' erta; poi stupor il prese, che nè si movessero ad assalirlo, nè, se lo svantaggio del luogo gli alienasse da

ab consule, accepto praesidio, vadit occultus per saltum; nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem petebat, adpropinquavit. Inde admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum, et ipse in summo constitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione, neque insequi consulem, nisi per eamdem vallem, in qua paullo ante subjectum eum telis suis habuerant, possunt; nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. Sed quum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat: et nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant; nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incertos quid agerent, nox obpressit. Decium primum spes tenuit, cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum: deinde admiratio incessit, quod nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio

iniquitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent. Tum centurionibus ad se vocatis, *Quaenam illa inscitia belli ac pigritia est? aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? Huc atque illuc signa moveri, ac modo in unum conferri, modo educi videtis. opus quidem incipit nemo, quum jam circumdati vallo potuerimus esse. Tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur, quam commodum sit. Agitedum, ite mecum; ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.* Haec omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

XXXV. Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet: *ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent.* Quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt, *Hoc silentium, milites*, inquit, *omisso militari adsensu, in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus*

tal pensiero, si circondassero di fossa e di steccato. Allora, chiamati a se i centurioni: *che ignoranza di guerra è questa*, diss' egli, *e che pigrizia? o come han costoro potuto aver vittoria sui Sidicini ed i Campani? Vedete che or si muovon le insegne di qua, di là, or si raggruppano, or si distendono, ma non si dà mano a un lavoro; e avremmo già potuto essere circondati di steccato. Allora sì saremmo loro somiglianti, se ci arrestassimo qua più che non importa. Su via, venite meco; e finchè avanza un po' di giorno, esploriamo dove mettan guardia, e da qual banda si possa uscire.* Visitò tutto, vestito da saccomanno, menando seco i centurioni in abito di soldati gregarj, acciocchè il nemico non s'accorgesse che il comandante andava girando.

XXXV. Messe le guardie a' lor posti, fa distribuire l'ordine a' soldati: *quando la trombetta avrà dato il segno all' ora seconda, cheti cheti a lui sen vengano in arme.* Raccoltisi dunque tacitamente presso di lui, com' era stato ordinato: *questo stesso silenzio*, disse, *o soldati*, *ommessa la consueta foggia di militare approvazione, osservatelo in ascoltarmi. Quando vi avrò*

esposto il mio pensiero, quei che lo approveranno, passeran taciti alla parte destra, e si starà al parere dei più. Or udite ciò che volgo in mente. Qui siete, non balzati da fuga, non rimasti addietro per codardia circondati dal nemico; prendeste questo luogo col valore, e di qua col valore dovete uscire. Qua venendo salvaste un egregio esercito Romano; sboccando di qua, salvate voi stessi. Siete degni, se pochi avete soccorso molti, di non abbisognare voi stessi de' soccorsi altrui. Avete a fare con tal nemico, che non seppe jeri per mancanza di coraggio coglier la fortuna di disfar tutto il nostro esercito; che non si accorse dell' opportunità di questo colle sovrastante al loro capo, che quando l' avemmo preso; che con tante migliaja d' uomini non impedì noi sì pochi di salire, nè saliti che fummo, avanzando tanto del giorno, ci chiuse di steccato; e se così il gabbaste veggente e vegliante, vi convien gabbarlo addormentato; anzi è necessario. Perciocchè le cose nostre sono a tal punto, che vengo piuttosto ad annunziarvi la necessità che vi stringe, che a darvi consiglio. Perciocchè non v' ha luogo a deliberare, se abbiate a rimanere o partire, non altro avendovi lasciato la fortuna, che

eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quae pars major erit, eò stabitur consilio. Nunc, quae mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis. virtute cepistis locum; virtute hinc, oportet, evadatis. Veniendo huc exercitum egregium populi Romani servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate. digni estis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit; hunc tam opportunum collem inminentem capiti suo non ante viderit, quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipsi millibus hominum nec adscensu arcuerint; nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis; immo necesse est. In eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego magis necessitatis vestrae index, quam consilii auctor, sim. neque enim, maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest; quum, praeter arma et animos armorum memo-

res, nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una est salus erumpere hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte faciamus, oportet Ecce autem aliud minus dubium. quippe si lux exspectetur, quae spes est, non vallo perpetuo fossaque nos septurum hostem? qui nunc corporibus suis subjectis undique cinxerit, ut videtis, collem. Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est. Signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit. per corpora sopita vadetis; vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi. Me modo sequimini, quem secuti estis. ego eamdem, quae duxit huc, sequar fortunam. Quibus haec salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.

XXXVI. Omnes transierunt, vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. Jam evaserant media castra, quum superscandens vigilum strata somno corpora

l' armi e il cuor dell' armi ricordevole, e forza essendo perir di fame e di sete, se paventate il ferro più che non conviene a forti ed a' Romani. Non ci ha dunque salute che nel lanciarsi fuori ed andarsene. Ci conviene ciò fare o di giorno, o di notte; ed ecco altra cosa a minor dubbio soggetta. Perciocchè, se si aspetta il dì, quale speranza che il nemico non ci chiuda di continuo steccato e di fossa? egli, come vedete, cinse intorno tutto il colle di armati. Che se la notte al trarsi fuori è più opportuna, com' è di certo, questa, non v' ha dubbio, è l' ora più acconcia. Vi raccoglieste qui all' ora seconda della notte, tempo che preme i mortali in altissimo sonno; camminerete fra gente sopita, o col silenzio ingannandoli se malaccorti, o se si accorgano, colle grida improvvise spaventandoli. Piacciavi solo seguir me, che avete già seguito qua sopra; io poi seguirò la stessa fortuna che qua ci trasse. Orsù quelli di voi, cui sembra utile il consiglio, passate a man destra.

XXXVI. Passaron tutti, e seguiron Decio per luoghi non custoditi. Ed erano già passati oltre mezzo il campo, quando un soldato scavalcando i corpi delle guardie che giacevan dormendo, urtato uno scudo,

fe' romore. Dal quale riscossa la guardia, destato avendo il vicino, e i desti scuotendo gli altri, non sapendo se fossero i suoi medesimi, od i nemici, se il presidio sboccasse fuori del colle, o se il console avesse preso i loro alloggiamenti; Decio, non più potendo celarsi, fatto levare un grido ai suoi soldati, aggiunse a' nemici torpidi dal sonno anche lo spavento, per cui nè potevan subito dar di piglio all' armi, nè resistere, nè inseguire. Tra la trepidazione e il tumulto de' Sanniti, il presidio Romano, tagliate a pezzi le sentinelle che incontra, s' incammina verso il campo del console. Restava ancora alquanto della notte, e già stimavan d' essere in sicuro, quando Decio: *sia lode*, disse, *o Romani, al valor vostro; sarà la vostra andata, il vostro ritorno celebrato da tutti i secoli. Ma per contemplare tanta virtù bisogna la luce e il giorno; e non meritate che, ritornando al campo con tanta gloria, il silenzio e la notte vi copra; quieti fermiamci qui ad aspettare il dì chiaro.* Si obbedì; e tosto che rilusse, premesso un messaggio al console, tutto il campo si sommosse per grande gioja; e fatto correr l' avviso che tornavan salvi coloro che aveano esposto a non dubbio rischio le lor persone per la

miles offenso scuto praebuit sonitum. quo excitatus vigil quum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari cives an hostes essent, praesidium erumperet, an consul castra cepisset: Decius, quum non fallerent, clamorem tollere jussis militibus, torpidos somno insuper pavore exanimat; quo praepediti, nec arma inpigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant. Inter trepidationem tumultumque Samnitium, praesidium Romanum, obviis custodibus caesis, ad castra consulis pervadit. Aliquantum supererat noctis, jamque in tuto videbantur esse; quum Decius, *Macti virtute,* inquit, *milites Romani, este. vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent. Sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est. nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat. hic lucem quieti opperiamur.* Dictis obtemperatum. atque ubi primum illuxit, praemisso nuncio ad consulem in castra, ingenti gaudio concitantur: et, tessera data, incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud du-

bio periculo objecissent, pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos universosque servatores suos vocant: Diis laudes gratesque agunt, Decium in coelum ferunt. Hic Decii castrensis triumphus fuit, incedentis per media castra cum armato praesidio, conjectis in eum omnium oculis, et omni honore tribunum consuli aequantibus. Ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad concionem convocat: orsusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem: qui auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes, et nocturno pavore adtonitos, et circa collem castellatim dissipatos, adgrederetur. credere etiam aliquos, ad se sequendum emissos, per saltum vagari. Jussae legiones arma capere: egressaeque castris, quum per exploratores notior jam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur. quem incautum inproviso adortae, quum palati passim Samnitium milites, plerique inermes, nec coire in unum, nec arma capere, nec recipere intra vallum se possent, paven-

